


QK315  
.H3

v.1



Gray Herbarium  
Purchase Dec. 1970

OF THE  
GRAY HERBARIUM


---


Received 20 Feb. 1906.













*Casparus Bauhinus*  
*Basilienensis.*



TENTAMEN  
FLORÆ BASILEENSIS

EXHIBENS

PLANTAS PHANEROGAMAS

SPONTE NASCENTES

SECUNDUM SYSTEMA SEXUALE DIGESTAS

ADJECTIS

CASPARI BAUHINI SYNONYMIS

OPE HORTI EJUS SICCI COMPROBATIS.

---

Cum effigie Casp. Bauhini et duabus iconibus coloratis.

---

AUCTORE

C. F. HAGENBACH, Med. Doct.

PL. SOC. LIT. SODALI.

VOL. I.

---

BASILEAE

Typis J. GEORGII NEUKIRCH

1824. LIBRARY  
NEW YORK  
BOTANICAL

. H 3  
v. 1

*BOTANIC MUSE ! who in this latter age  
Led by your airy hand the Swedish Sage,  
Bade his keen eye your secret haunts explore  
On dewy dell, high wood and winding shore ;  
Say on each leaf how tiny Graces dwell ;  
How laugh the Pleasures in a blossom's bell ;  
How insect Loves arise on cobweb wings,  
Aim their light shafts and point their little stings.*

DARWIN'S botanic Garden. P. II. Canto I. p. 3.

VIRIS

ILLUSTRISSIMIS

CHRISTIANO GODOFREDO

NEES ab ESENBECK

MED. ET PHIL. DOCT. PROFESSORI P. O. BONNENSI  
IN ACADEMIA CAESAREA LEOPOLDINO-CAROLINA  
NATURAE CURIOSORUM PRAESIDI

THEOD. FRED. LUDOVICO

NEES ab ESENBECK

PHILOSOPHIAE DOCTORI BOT. PRIVATIM DOCENTI  
HORTI BOTANICI BONNENSIS INSPECTORI

JOSEPHO ANTONIO MÜLLER

DIOECESEOS OLSBERGENSIS PAROCHO EPHEBEI  
PARTHENICI A SENATU ARGOVIENSI IBIDEM  
CONSTITUTI DIRECTORI

HOC OPUSCULUM QUALECUNQUE


DEVOTO ANIMO

D. D.

AUCTOR.

\*

JAN 9 1971



---

**M**orbo tristissimo (Hemicrania nervoso - arthritica) dum per triennium fere laborarem, nec medicinæ exercendæ esset potestas, cruciatus intervalla, animi sublevandi gratia, plerumque eo impendebam, ut stirpium exsiccatarum copiam, ante quinque et quod excurrit lustra, optimo LACHENALIO præceptore duce, et amico cel. ZEIHERO comite, in pago Basileensi collectam, eandemque excursionibus dehinc, quantum rara propter otia licuit, auctam, partim et amicorum liberalitate locupletatam, iterum iterumque versarem atque in ordinem digererem.

Ne autem tempus inani velut ludibrio consumerem, in mentem incidit, adumbrare Enumerationem plantarum in agro nostro sponte nascentium.

tium. Quem in finem Lachenalii hortum siccum, in Bibliotheca botanica asservatum et a doctissimo BURKHARDO, Bot. Prof. meritissimo, benignissime mecum communicatum perscrutatus, viri beati schedulas, in quibus locorum natalium indicia diligentissimam indagacionem egregie testantur, recensui. Id autem maxime dolendum, quod sagacissimas observationes suas memoriæ quam litteris mandare maluerit. Sed in ea re mihi versanti, inprimis C. Bauhini nomina autographica, plantis suis, quotquot Lachenalii horto insertæ supersunt, addita, excerpere, singulisque synopseos meæ speciebus subjungere placuit. Ad lacunas explendas, quantum fieri potuit, herbarium Jacobi HAGENBACHII, Professoris olim Basileensis atque Bauhinorum amici, in Bibliotheca academica depositum, et ex favore Bibliothecarii humanissimi, cel. DAN. HUBERI, Math. Prof. in usum mihi concessum, itidem consului; nec spes commodi exinde percipiendi me fefellit, siquidem plura epitheta Caspari manu propria ibi scripta haud parum lucis attulerunt.

Hoc qualicumque commentario ad finem fere perducto, quum amici botanophili hortarentur,

ut in suum studiique sociorum commodum justum ἑγχεσιδίων, excursionibus adaptatum, componerem, quamvis tali tantoque labori exhauriendo me imparem esse sentiens diu reniterer, tamen precibus eorum, nimis sane facilis, cessi, ne quod a verecundia erat profectum, id inertia tribueretur. Qua indulgentia ne mihi pariter atque disciplinæ male consuluisse videar, vehementer vereor, præsertim quum ex morbo sensim convalescenti, artisque medicæ officia retractanti, otium eliminando operi necessarium indies magis magisque restringeretur.

Quod methodum attinet, systema sexuale, præsertim PERSONIO duce, secutus sum, suppressa classi XXIII<sup>a</sup>, varias variorum eruditorum generum illustrationes lubenter in usum meum convertens. In ordinandis graminibus virorum egregiorum SCHRADERI atque GAUDINI vestigia pressi, neglectis criticis distinctionibus beati PALISOT de BEAUVOIS, ne tirones vel nimia, qua uti videtur, subtilitate, vel vocibus alienis deterreantur. Umbelliferarum genera secundum cl. SPRENGELII Adumbrationes digessi, nec tamen me nunc dolere diffiteor, ROEMERI et SCHULTHESII Systematis Vol.

sua per eam pandisse. Neque tamen est, quod putemus, longe plurimam partem eorum nobis hucusque innotuisse, quin contra diligentius investigaturum largam adhucdum manere messem.

Jam vero regionis hujus in confinio Helyetiæ, Germaniæ atque Galliæ sitæ, primum considerandum est spatium deltoideum, duobus lateribus fluviis Rheno inclusum atque Birsa, qui haud procul ab urbe in angulum coeunt; basis ad meridiem spectans in illum Juræ tractum abit, qui ab occasu ad orientem deflectens, versus Rhenum excurrit, pagum Basileensem a Solodurensibus separans. Comprehendit enim illud longe majorem hujus partem, eamque plantis ditissimam, dextra ab Argoviæ valle, cui nomen est *Frickthal*, plerumque Rheno sejunctam, sinistra autem a Birsæ vallibus asperioribus Delemontii et *Laufen* longius recedentem. Juræ autem juga haud multum ultra sex leucas ab urbe protenduntur, eo altius assurgentia, quo magis ad occidentem vergunt, propiusque ad summum in hoc tractu fastigium accedunt, montem dico *Paschwang*, cujus vertex *der Vogelberg* appellatur. (Is sec. mensuram barom. a cel. Dan. Hubero initam, 2940' supra



Rhenum (prope pontem urbis) eminent, aut si malis 3720' supra maris æquor, elevatione Rheni ad 780' posita.) Versus solis ortum decrescendo se excipiunt M. *Wasserfall*, *Kellenberg*, *Billstein*, *Hauenstein* major, *Belchen* (2630' alt. rel.), *Kallen*, *Hauenstein* minor, *Wiesenberg*, *Schafmatt*, *die Geisfluh* (2200' alt. rel.) et sic porro. Ceterum huic tractui complura junguntur brachia minora, hinc inde interrupta, quoquoque versus pagum secantia, et quidem ea fere lege, ut quo longius progrediuntur, eo magis ad orientem tendant. Inter secundi ordinis montes mentione digni videntur M. *Wallenburg*, *Hummel*, *Dietisberg*, *Farnsburg*, *Sissach*, *Sonnenberg*, *Schauenburg*, *Dornach*, *Schartenfluh*, (vulgo *Gempenstollen*,) (1570' alt. rel.) *Mönchenstein* etc.; in primis autem ex Bauhini tempore famam botanicam sibi vindicans M. Mutetus, 740' supra Rhenum elatus, horulam ab urbe distans, sed dehinc cultura haud parum mutatus.

Juræ altiora juga occupant pascua, pecudibus gratissima, sylvisque atque nemoribus, in quibus promiscue pini simul cum fago in primis frondent, varie interstincta. Ubique autem rupes prominent

calcareæ, plantis subalpinis passim obsitæ, ad quas, licet sæpe abruptas, a tergo saltem facilis patet accessus. Regio inferior vel pratis vestitur succulentis, vel aratri patiens cerealia fovet, et quidem quæ asperiora sunt loca, i. e. conditionis magis calcareæ, tritico amylo vel monococco ferendo aptiora sunt, mitiora autem magisque ad orientem vergentia, frumenta melioris notæ læte producunt. Ceterum eadem hæc regio arborum fructiferarum feracissima est. Undique in monte scaturiunt fontes, quorum longe majore parte in rivulos vallecularum prata irrigantes collecta, fluvii *Ergolz* dicti aquæ augmentur, quæ relictis vallibus amœnissimis Sissacensibus atque Lucisvallensibus prope Augustam Rauracorum Rheno illabuntur. Ad radices montium urbi propiorum, et in planitie, ea præcipue, quam glarea occupat, vineæ coluntur; in parte reliqua, mergam inprimis continente, et pratorum decus, et agrorum fœcunditas, nec non hortorum pometorumque amœnitas, quocunque oculos converteris, læto animum tibi perfundent gaudio.

In parte transrhenana versus plagam borealem (*Nordost*) in conspectum veniunt juga sylvæ nigræ, granite atque gneisio formata, inter quæ celsa

eminent capita montium *Blauen* atque *Belchen*, quorum ille quinque ab urbe leucas dissitus, 3579 pedum altitudinem absolutam explet, alter vero 4355 pedes æquat. Altius quidem effertur *M. Feldberg*, ad 4610' usque assurgens, sed quum longius distet, incepti nostri limites excedit.

Quod autem jugorum a me commemoratorum tractum et Rhenum interjacet spatium, varie hoc campis pratisque fertilibus atque collibus vini-feris distinguitur, *Wiesaque* fluvio persecatur, in sylva nigra oriundo. Is vallem a se denomina-tam indomito fere cursu permeat, indeque infra urbem in Rhenum effunditur. Duo autem longio-res observantur montium tractus formationis cal-careæ, iique plantis scatentes, qui et citra et ultra *Wiesam*, modico intervallo Rhenum sectantes, tandem horulam ab urbe, prope *Weil* et *Riehen*, orientem versus flectuntur, et utrinque *Wiesæ* socii, ad sylvam nigram contendunt. In illo, qui cis *Wiesam* continuatur, tractu, notatu præ cæteris dignus est *M. Christianæ*, montem *Crenzacensem* antrorsum sibi annexum habens, propter stirpes, quas fovet peculiare, antiquitus jam celebratum. In tractu autem ultra *Wiesam* consurgunt montes

*Rötheln, Dillingen*, præcipue autem ditissimus *M. Istein*, saxo suo prærupto Rheni alveo imminens.

Versus regionem, quam vocant caurinam, Alsatix superioris ampla patet planities, ad *M. Vogesum* usque sese extendens, cujus promontorium *M. Ballon* verticem (sec. mensur. barom. recent.) ad 4318' (1439 metra gall.) supra mare extollit, nec nisi unius diei iter a Basilea remotus est; ceterum ad Floram nostram non amplius pertinens. Cingitur autem ista planities meridiem solemque occidentem versus depressorum montium serie, e quibus nominasse sufficiat *M. Blauen*, qui inde a *Birsa* fluvio incipiens, duas ab urbe horas ad occasum pergat. Huic vero collium seriei adversum tenens alia series humilior argilla scatens haud procul ab urbe continuatur, statim ab initio summum fastigium habens collem, qui dicitur *das Bruderholz*. Quæ inter utrumque collium tractum intercedit convallis, quam *das Laimenthal* vocant, eam ex parte amniculus, *Birsig* nuncupatus, irrigat, qui inde deflectens Rheno prope ejus pontem immergitur.

Jam Rhenus ipse, qui ad Basileam usque eursum magis occidentem versus direxerat, prope

*Istein*, tres infra urbem horas, magno cum anfractu ad Septentriones vertitur, inde adeo ab urbe, ex angustioribus quibus antea continebatur ripis, latius latiusque divagatus, pluraque in brachia discedens, quibus insulæ formantur. In sinistra amnis ripa situm est prædium, quod cognominatur *Michelfelden*, ex Bauhini ætate, propter stirpes, præsertim aquaticas, rariores, passim circum circa nascentes, inclytum. Quantum autem regionis illius dehinc mutata est facies, pratis nunc segetibusque ea tenentibus loca, quæ olim virgultis horruerant vel aquis stagnaverant! Sciendum enim, paulo seriore ævo in prædii illius vicinia exstructum fuisse propugnaculum Huningam, amplissimis undique munimentis, nuper dirutis, circumdatum. Præterea paulo inferius et conditus est et incrementa cepit vicus *Neudorf*, magno agrorum olitoriorum atque hortorum ambitu. Quo factum est, ut Indies increscente cultura, stirpes vel perierint vel periisse certe videantur, quæ Lachenalii adhuc temporibus florebant, adeo, ut nonnisi locis incultis et ad rivulorum ripas, in pascuis atque paludibus

passim obviis, divitiarum reliquias offendas. Bauhini tamen cives Michelfeldenses in Catal. ejus Basil. recensitas in Floram recipere eo minus dubitavi, quo magis ibidem interdum reperiuntur plantæ, quas jam dudum deperditas esse credideris.

His de situ agri Basileensis dictis notitiam addere aliquantam geognosticam eo minus necessarium duxi, quod locum hunc peritissime pertractatum esse a Doctiss. Petr. MERIANO, Physices atque Chemiæ Professore, in singulari, quam nuperrime edidit, Synopsi \*) intelligo; ad hanc igitur lectores amandatos volo. Hæc tantum admonuisse sufficiat, Rheni alveum ejusque ripam glareæ scatere, indeque fieri, ut complures desiderentur stirpes, quæ in sabulis Rheni inferioris occurrunt. Quin adeo neque plantæ quidem palustres, stagnis atque paludibus amplioribus cum fere careamus, nec ægre id quidem, magno apud nos numero inveniuntur.

Talis igitur, cum sit agri nostri conditio

---

\*) Uebersicht der Beschaffenheit der Gebirgsbildungen in den Umgebungen von Basel etc. von P. Merian. 1. Bd. Basel. 1821.

qualem diximus, adeoque in eo complures coeant fluvii, non est sane, quod quis miretur, præter stirpes regionum confinium alias insuper remotiorum regionum, nec quidem adeo procul ab urbe, reperiri; Rheni nimirum undis plantas alpigenas adportantibus, Birsa autem Juræ altiori et valli *Münsterthal* dicto indigenas, Wiesa denique, quas sylvæ nigræ celsiora juga ferunt, ad nos deferentibus. — Sed hæc hæctenus.

Restat, ut amicis atque fautoribus summe colendis pro illis, quibus mihi quisque opitulatus est adminiculis, publicas persolvam grates. Præ aliis me sibi devinctissimum habent Viri præstantissimi, cl. FRED. NEESIUS, Phil. Doctor, horti botanici, qui Bonnæ est, Inspector, et cl. MÜLLERUS, Parochus Olsbergensis pl. reverendus, quorum ille per triennium agrum nostrum pervagatus, vel plures novas cives addidit, vel dubiis sagacissime propria nomina vindicavit. Is autem omnes omnino recessus regionis nulli fere antea botanophilo visæ, quæ monasterium (olim) *Olsberg* dictum circumjacet et vicinam Rheni ripam indefesso lustravit studio, ac ea, qua pollet, humanitate excursionum mihi largitus

est fructus. Plurima præterea amicitiae cel. ZEIHRI, horti Schwetzingensis Directoris, debeo, qui et rariores olim apud nos detectas stirpes benignissime impertiit, et plura simul dubia solvit. Nec silentio mihi prætereundus est juvenis FRICHE-JOSET, hortulanus, botanices studiosissimus, qui herbas circa Delemontium a se repertas tradidit. Parem apud me et alii nonnulli Viri inierunt gratiam, quorum passim in opere ipso ad loca natalia plantarum, quas benigne mecum communicaverant, mentio facta est. — Verumenimvero pedem hic prius figere nequeo, quam gratissimum testatus sim animum, ob eam, qua me prosecuti sunt, liberalitatem, Viris celeberrimis GODOFR. NEESIO, Ac. Cæs. Leop. Præsidi, HUBERO, BURKHARDO, PETRO MERIANO, Prof. Basileensibus, NESTLERO, Bot. Prof. Argentor., SERINGIO, Prof. Bernensi aliisque compluribus.

Quod superest, ea, qua decet, observantia, rei herbariae viros principes, rogo, obsecro, ut auctoris conamini indulgeant, tirones autem, ut faveant.

---



# MONANDRIA,

## MONOGYNIA.

HIPPURIS. *Cal. minimus Cor. o. Nuc. i-sperma.*

1) *vulgaris*; foliis verticillatis linearibus Sm. H. 1572. *Equisetum palustre brevibus foliis polyspermon* C. B. P. 15. Th. 242. c. ic. Cat. 15. F. D. t. 87. Schk. t. 1.

β. foliis submersis latioribus, longioribus \* *E. pal. Linariæ Scopariæ folio.* C. B. P. l. c. Pr. p. 24. Th. 241. Cat. l. c.

Caulis erectus, ad medium aquæ immersus, simplex,  $1\frac{1}{2}$  — 2'. Folia verticilli 8 — 14, patentia. Flores axill. sessiles, quandoque polygami, antheris, rubicundis. β. var. videtur esse, de qua loquitur Sm. in Fl. Brit. ad HIPPUR.

Michelfeldæ. In rivulo molend. St. Albani. Prope Brüglingen im Teich. In stagnis Rheni. β. Michelfeldæ et prepe patibulum. C. B. Maio. Jun. 24.

## DIGYNIA.

CALLITRICHE. *Cal.* o. *Pet.* 2. *Caps.* 2-locul. 4-sperma.

1) *verna*; foliis trinerviis, superne aggregatis majoribus, seminum margine obtusiusculo. WAHL. *Stellaria aquatica*. C. B. P. 141. Cat. 43.

α. Foliis omnibus elongato-obovatis. C. *verna* L. H. 553. F. D. 129.

β. Foliis infer. linearibus emarginatis, super. ovalibus. C. *intermedia* SCHK. t. 1. f. e. C. *dubia* THUILL. C. *autumnalis* POLL. Sturm. I. 3. J. B. II. III. 786.

γ. Fol. imis, linear. integris, sup. oval. C. *stellata* HOPPE.

δ. Fol. omnibus linear. apice obtusis, subemarginatis. C. *minima* HOPPE. C. *cæspitosa* SCHULZ. (An potius ad *autumnalem*?)

ε. Fructibus pedunculatis. C. *pedunculata* DEC.

Herba natans, peracta anthesi submersa. Caules filiformes. Folia polymorpha, tenera, pellucida, trinervia. Fructus parvus, in eodem sæpe specimine sessilis et pedunculatus.

In. fossis aquosis, stagnis, ad Rhenum, Wiesam, Birsecum etc. δ. prope Sackingen. Cl. F. Nees. ε. in der *Wanzenau* prope Olsberg et nuperrime Michelfeldz. Apr. Mai ☉.

2) *autumnalis*; foliis omnibus linearibus, uninnerviis, apice truncatis, subdiaphanis, floribus hermaphroditis. . . H.555. † *Alsine palustris minor folio oblongo*. C. B. P. 251. Prodr. p. 118. C. angustifolia HOPPE. Lösel, pruss. t. 38.

Fructus quam in priori major, marginibus membranaceis.

Iisdem cum priori locis rarius. Aug. Sept. 2.

BLITUM. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1. in calyce baccato.

1) *capitatum*; capitellis spicatis terminalibus L. H. 1571. *Atriplex sylv. Lappulas habens*. C. B. Prodr. 58. Knorr. Del. t. E.3. Sturm I. 2. Schk. t. 1.

Caulis 1'. Folia triangularia, dentata. Flores conglomerati, axillares et terminales, sordide albi. Glomeruli maturi succulenti, rubri.

Inveni semel ante portam Blasianam ad muros, forte herti exulem. Aestate ☉.

---

# DIANDRIA.

## MONOGYNIA.

---

**LIGUSTRUM.** *Cor.* 4-fida, infundibuliformis.  
*Bacca* globosa 2-ocularis, 4-sperma.

1) *vulgare*; foliis elliptico-lanceolatis integerrimis, glabris, thyrso coarctato . . . H. 530. *Lig. germanicum.* C. B. P. 475. Cat. 112. Sturm. I. 14. Schk. t. 2.

Rami oppositi. Folia sæpe perennantia. Flores albi, odorati. *Baccæ* nigræ, peramaræ. Var. foliis ternis.

In dumetis, ad sepes. Jun. Jul. †.

**SYRINGA.** *Cor.* 4-fida, infundibuliformis.  
*Caps* supera, 2-ocularis.

1) *vulgaris*; fol. ovato-cordatis integris. L. H. 531. *S. cærulea* C. B. P. 393. Sturm. I. 2. Knorr. thes. 11. t. S. 11.

Flores dense racemosi, suaveolentes, violacei rarius albi. (Originis persicæ).

Ad sepes. Maio †.

FRAXINUS. Polygama. *Cal.* o. s. 4-partitus. *Cor.* o. s. 4-petala. *Samara* 2-locul. *Sem.* pauca, pendula.

1) *excelsior*; foliis lanceolato-acuminatis subsessilibus, floribus apetalis. SCHRAD. H. 528. \* *F. excelsior* C. B. P. 416. *Cat.* 105. F. D. 969. J. B. H. I. p. 174. ic.

Arbor excelsa, formosa, cortice cinereo. Folia pinnata. Flores nudi in paniculam denique laxam congesti, antheris atro-purpureis. Samaræ ovato-oblongæ, subcoriaceæ.

In sylvis. Apr. †.

CIRCAEA. *Cal.* 2-phyllus, superus. *Cor.* 2-petala *Nux.* 2-ocularis, loculis 1-spermis.

1) *Lutetiana*; caule erecto, (pubescente) foliis ovatis, denticulatis, opacis, pubescentibus. SM. H. 813. \* *Solanifolia Circaea dicta major.* C. B. P. 168. *Cat.* 51. Sturm I. 23. Schk. t. 2.

Caulis 1 — 2', erectus. Folia obscure viridia. Racemus longus, terminalis, laxus. Petioli demum deflexi. *Cor.* albida seu rubella. Fructus pilis hamatis hispidus.

Locis umbrosis, uliginosis; v. gr. in alneto ad Wiesam frequens. Jun - Aug. †.

2) *alpina*; caule ramosissimo depresso (glabro) foliis cordatis, dentatis, nitidis, glabris. ROHN.

H. 814. *Solanifolia Cirsæa alpina* C. B. P. 168.  
Krock. Siles. t. 1.

β. caule majori erecto, foliis repando-denticulatis acuminatis. C. intermedia EHRH. C. lutetiana VILL. Sturm. I. 23.

Tota planta debilis. Caulis 3—5", plerumque decumbens, subpellucidus. Folia tenera, pallide viridia. Petala basi attenuata. In β folia obscuriora.

In M. *Wasserfall*, *Vogelberg*, *Belben*, nostr. et Bad. In monte *Plauen*. β locis umbrosis montanis, passim. v. gr. in sylva *Bottningensi*. Jul Aug. 24.

VERONICA *Cor.* limbo 4-partito: lacinia infima angustiore. *Caps.* 2-locularis.

\* Flores terminales.

† Spicato-racemosi.

4) *spicata*; leviter pubescens, foliis crenatis, radicalibus oblongo-ovatis, in petiolum decurrentibus, caulinis lanceolatis subsessilibus, floribus spicatis, bracteis calycibusque pilosis. R. et S. H. 542. *V. spicata minor*. C. B. P. 247. *Cat.* 72. *Moris*. S. 3. t. 22. f. 4.

β. polystachia. *V. hybrida*. SCHMIDT.

Rad. repens. Caulis adscendens, erectus, spithameus. Racemus spicæformis, plerumque solitarius, densus. Bracteæ lineari-lanceolatæ, calycem sub-

æquantes. Flores saturate cœrulei, staminibus exsertis concoloribus.

Michelfeldæ. Versus parvam Hüningam et Fridlingæ. In insula Rheni prope Augustam. In sylvula ad novam domum. Jul. Aug. 24.

2) *serpyllifolia*; foliis oppositis ovatis subcrenatis (glabris), caule adscendente. SCHRAD. H. 546. *V. pratensis serpyllifolia*. C. B. P. 247. Cat. 72. F. D. 492. J. B. H. III. p. 285. ic.

β. foliis ovato-subrotundis. V. tenella. Fl. Wetterav. (non All.) V. repens Nummulariæfolio. Dillen. Cat. Giess. app. p. 67.

γ. major, caule fere pedali.

Racemus terminalis, subspicatus. Cor. albida, venis cœruleis striata. Caps. didyma.

In pratis, agris, ad vias. γ. in pascuis sterilibus prope Olsberg. Cl. F. Nees. Majo - Aug. 24.

† † corymboso-racemosi.

3) *saxatilis*; foliis superioribus oblongo-ovatis, subserratis, capsulis ovatis calyce majoribus, caulibus fruticosis diffusis, corymbo terminali paucifloro. SCHRAD. H. 545. β. \* *V. alpina frutescens*. C. B. P. 247. (promiscue cum *fruticulosa*.) F. D. 342.

Caules sublignosi, adscendentes, 2 - 6". Folia opposita, glabriuscula, firmiora, inferiora minora,

rotundiora, magis conferta. Cyma ex 3 — 7 floribus majusculis azureis. Caps. magna, obovata, hirsuta.

In M. *Belchen* Bad t. Gmelino. Jul. Aug. 24

\* \* Flores axillares.

† Pedunculis elongatis, floribus racemosis.

4) *scutellata*; foliis (oppositis) lineari-lanceolatis denticulatis, calycibus 4-partitis, caule erectiusculo (basi radicante). SCHRAD. H. 532. \* *Anagallis aquatica angustifolia*. C. B. P. 252 *scutellata*. *Ibid. et Prodr.* 119. F. D. 209.

Caulis  $\frac{1}{2}$  — 1', simplex, debilis. Racemi alterni, laxi, pedicellis divaricatis, demum pendulis. Flores parvi, pallide rubelli.

In rivulo prope *Hiltelingen*. Michelfeldæ. Im *Weiberfeld*. Inter Rhenofeldam et *Möblin* in fossa ad sinistram viæ Ad stagnum *Egelsee* et in sylva ad Rhenum prope *Möblin*. In fossa inter *Olsberg* et *Arisdorf*. Jul. Aug. 24.

5) *Anagallis*; foliis (oppositis sessilibus) lanceolatis, serratis (glabris), calycibus 4-partitis, caule erecto. SCHRAD. H. 533. \* *A. aquatica major folio oblongo*. C. B. P. 252. *Cat.* 74. Sturm 1. 12.

β. *A. aq. minor etc.* *Pin. l. c. et Cat.* 75. V. pusilla POIRET.

Caulis crassus, cavus, 1 — 1 $\frac{1}{2}$ '. Folia succulenta. Racemi longi, erecti, multiflori. Flores exigui,



dilute cœrulei, albidi vel rubelli.  $\beta$ . digitalis, palmaris.

In fossis et rivulis vulgo. Jun. - Sept. 24. (Leers ☉.)

6) *Beccabunga*; foliis (oppositis petiolatis) ellipticis, obtusis, serrulatis (glaberrimis), calycibus 4-partitis, caule (procumbente) inferne radicante. SCHRAD. H. 534. \* *A. aquat. major folio subrotundo*. C. B. P. 252. *Cat.* 74. Sturm I. 12.

$\beta$ . . . *minor Pin. l. c. et Cat.* 75.

Foliis ovalibus ab antecedente simili statim discernenda.

Iisdem locis vulgatissima.  $\beta$ . in humidis locorum sterilium. Jun. Jul. 24.

7) *officinalis*; foliis (oppositis) obovatis vel obovato-subrotundis serratis, calycibus 4-partitis, caule inferne radicante (villosa). SCHRAD. H. 540. \* *V. mas supina et vulgatissima*. C. B. P. 246. *Cat.* 71. F. D. t. 248. Schk. t. 3.

Procumbens. Folia plus minusve pubescentia. Spicæ oppositæ adscendentes. Cor. pallide purpureæ, venosæ. Capsulæ obcordatæ, pubescentes.

In sylvis præcipue montanis et juxta earum margines frequens. Majo. - Aug. 24.

8) *montana*; racemis lateralibus paucifloris, laxis, fructibus orbiculatis membranaceis, foliis deltoideo-ovatis, crenatis, petiolatis, caule pro-

cumbente. WAHL. CARP. H. 539. \* *Chamædrys spuriae affinis rotundifolia scutellata*. C. B. P. 249. Jacq. a. t. 109. Hoffm. G. I. t. 1.

Rad. repens. Caulis plerumque simplex, debilis. Racemi filiformes, laxi, pauciflori. Flores pallide-cærulei, striis purpurascensibus. Caps. maxima compressa, didyma, ciliata.

In sylva supra novam domum. In der *Hard* Inter *Mutenz* et *Mönchenstein* In nemore Wylēnsi. Ad Wiesam versus parvam Hüningam. Prope *Olsberg* Majo. Junio. 24.

9) *Chamædrys*; foliis sessilibus, inciso-serratis, summis cordato-ovatis, calycibus 4-partitis, caule bifariam piloso. SCHRAD. H. 536. \* *Chamædrys spuria minor rotundifolia*. C. B. P. 249. Cat. 72. F. D. 448. J. B. H. III. 286. ic.

Caulis spithamæus basi decumbens, lateribus 2 oppositis pilis densis incurvis distinctus. Racemi erecti, multiflori. Flores majusculi, amœne cærulei, carnei vel albidii. Capsula parva, obcordata.

In pratis, ad sepes. Maj. - Jul. 24.

10) *Urticæfolia*; foliis sessilibus, cordato-ovatis acutis (inæqualiter profunde) serratis, calycibus 4-partitis, caule stricto. SCHRAD. H. 535. \* *Chamædrys spuria major latifolia*. C. B. P. 248. Jacq. a. t. 59.

Caulis 1—2', strictus, pubescens. Folia venosa, pilosa, in medio caule maxima. Racemi oppositi, pedicellis bracteatis. Flores parviusculi, cœrulei vel carnei. Pili pedicellorum et calycis glandulosi.

In M. Muteto. In der *Hard* In sylvis versus balnea *Schaumburg*. Circa *Liest.l.*, *Wallenburg*; ad Rhenum supra *Angustam* etc. Maj. - Jul. 24.

11) *latifolia*; foliis sessilibus subcordato-ovatis, obtusis, serratis (rugosis), calycibus 5-partitis, caule adscendente. SCHRAD. H. 537. β. \* *Chamædryis spuria major altera s. frutescens*. C. B. P. 248. V. Pseudo-Chamædryis JACQ. a. t. 60.

β. minor, foliis magis ovato-lanceolatis. H. 537. \* *Chamædryis spuria major angustifolia*. C. B. P. 249. Cat. 72. V. *latifol.* β. minor. SCHRAD. V. *Teucrium* R. et S. J. B. H. III. 285. quoad. ic.

γ. Foliis laceris, angustioribus. V. *dentata* SCHRAD. V. *Teucrium* WAHL. CARP. V. *prostrata* M. a B.

δ. foliis ternis.

Rad. stolonifera. Caulis firmior, inferne sæpe flexuosus, subtetragonus, undique pilis crispis obtectus, 1½—2'. Folia opposita, decussata, sessilia, subamplexicaulia, ovata vel ovato-oblonga, subobtusata, pubescentia, inæqualiter grosse serrata. Racemi axillares longi, densiflori. Flores majusculi, cœruleo-violacei, venosi. Caps. obcordata, glabræ. β. humilior, gracilior, foliis basi minus latis, acutis.

(Occurunt specimina, in quibus eadem ex radice var.  $\alpha$  et  $\beta$ . simul prodeunt, vel alia, quæ ex florum axillis novam prolem proferunt, caracteribus  $\beta$ . insignem.)

In collibus graminosis, pascuis fertiioribus, ad sylvarum margines præsertim montanarum, copiose cum  $\beta$ .- $\gamma$ . passim reperi.  $\delta$ . in M. Dietisberg. Jun. - Aug. 24.

12) *prostrata*; foliis sessilibus, oblongis, obtusis, serratis, calycibus 5-partitis, caule florifero adscendente. SCHRAD. H. 538. *Chamædryis spuria minor angustifolia*. C. B. P. 249. Prodr. p. 117. Cat. 72. J. B. H. III. p. 287. ic. bon.

$\beta$ . Minor, foliis angustioribus. W. En. H. B. V. *satureiæfolia*. PORT. et TURP.

Caulis priori humilior, debilis, procumbens, inferne flexuosus, sublignosus, pubescens. Folia opposita, angusta, pubescentia. Flores læte cœrulei.

Locis apricis aridis frequens, v. gr. versus patibulum, Brüglingen, ad Wiesam et in der Sandgrube cis ejusdem fluvii pontem. Ante portam lapideam etc. Supra d. in Isteiner Kloz. Majo. Junio. 24.

† † Pedunculis 1-floris.

13) *præcox*; floribus pedunculatis, foliis inferioribus (breviter) petiolatis, cordato-ovatis, serratis, floralibus subsessilibus, (lanæolatis) pedunculo (erecto-patenti) brevioribus, capsula obovata

emarginata turgida, caule erectiusculo. SCHRAD.  
*V. oeymifolia* THUILL. *V. acinifolia* mult. (non L.)  
 Allioni Auct. t. 1. f. 1.

Caulis 2 — 4", rarius simplex, plerumque a basi  
 ramosus, ramis adscendentibus flexuosis, pilis  
 simpl. et glandulosis pubescens. Folia subrugosa,  
 saturate viridia, pilosula, subtus sæpius pur-  
 purascentia. Calyces 4-fidi, laciniis subæquali-  
 bus. Cor. exigua, profunde cœrulea; Caps. didyma,  
 ex viridi-purpurea, ciliata, calycem ægre su-  
 perans.

In agris versus *Gundoldingen*, A. Mieg (pro *V. romana*).  
 Versus *Hegenheim*. Lach. (pro *V. acinifolia*). Prope Augustam,  
*Gibenach*, *Olberg*, *Mölin*, *Eichsel*. Prope novam domum pauca  
 specimina Cl. F. Nees. Nuper uberrimam vidi supra *Bruderholz*  
 in agris circa locum *Klosterfisch. en* dictum, Prope Hünningam  
 in agris. Apr. ☉.

14) *arvensis*; floribus subsessilibus, foliis infe-  
 rioribus petiolatis, cordato-ovatis, serratis, flora-  
 libus sessilibus, pedunculo (brevissimo) longio-  
 ribus, capsula obcordata compressa. SCHRAD.  
 H. 548. \**Alsine Veronicæ foliis, flosculis caulicu-  
 lis adhærentibus*. C. B. P. 250. Cat. 73. Tabern.  
 p. 1089. ic.

β. Ramis prorsus florigeris. *V. polyanthos*. THUILL.  
 γ. Caule stricto, simplici, internodiis longioribus.  
 δ. Caule minuto, vix unciali. *V. nana* LAM.

Caulis adscendens vel erectus. Calyx villosus. Cor. calyce minor, fugax, pallide cœrulea. Caps. glabra ciliata.

In vineis, agris, pratis, cultis, cum  $\beta$ - $\gamma$ . inter segetes et gramina. *s.* locis aridioribus. Apr. - Junio ☉.

15) *agrestis*; flor. pedunculatis, foliis petiolatis, cordato-ovatis, serratis, laciniis calycinis ovatis, caule procumbente. SCHRAD. H. 549. \**Alsine Chamædryfolia*, *flosculis pediculis oblongis insidentibus*. C. B. P. 250. Cat. 73. F. D. 449. J. B. H. III. 366. ic. bon.

A præced. differt: Caule magis diffuso procumbente, ramosiore, pedunculis longioribus, folia subæquantibus vel subinde excedentibus, demum recurvis, cor. majore et capsula turgida.

In vineis, agris, areis, campis, hortis, ruderatis. Apr. Majo ☉.

16) *Buxbaumii* M. A. B. SUPPLEM; caule decumbente, foliis subcordato-ovatis, crenato-serratis, pubescentibus, infimis oppositis, petiolatis, reliquis alternis, subsessilibus, pedunculis filiformibus, folio longioribus, fructiferis cernuis, capsulis obcordato-dilatatis . . . V. Tournefortii GM. (excl. Syn. TOURNEF. et SM.) V. filiformis BESSERI. (nec SM. nec VAHL. nec M. A. B.) V. persica R. et S. (nec POIRET). Buxb. Cent. I. t. 40. f. 1. (Icon, licet rudis, in nostram cadit).

Rad. fibrosa. Caules ex una radice plures, plerumque simplices, 4" — 1', humifusi, apice erecti, flexuosi, pilosi, Pedunculi floriferi erecto-patentes, longitudine varii, folium vel subæquantés, vel (in eodem sæpe specimine) plus duplo superantes, pubescentes. Fl. fugaces, quam in *V. agresti* multo majores; illis *V. Chamædr.* fere similes, sed alio modo picti; corollæ nimirum lacinia superiore profunde cœrulea, inferiore albida aquosa, reliquis dilute cyaneis, omnibus lineis saturatioribus eleganter striatis. Calycis foliola ovato-lanceolata, subæqualia. Capsula reticulato-venosa, obcordata, valde dilatata, turgida, margine compresso-ciliata, stylo persistente, calycem ægre excedens.

(Planta exotica, mox jus civitatis late sibi vindicatura.)

In agris Wylensibus primum apud nos detexit Cl. F. Nees 1815. Posthac ibidem legit Cl. Groh. Inveni in *der Sandgrube* cis pontem Wicsæ. Majo. Jun. ☉

17) *hederæfolia*; floribus pedunculatis, foliis petiolatis 5-lobis, summis 3-lobis, laciniis calycinis cordatis, (ciliatis) caule procumbente. SCHRAD. H. 550. \**Alsine hederulæfolio*. C.B.P. 250. Cat. 73. F.D. 428.

Folia subcarnosa, subtus sæpe purpurascencia; radicalia oblonga, integra, mox evanitura. Pedunculi foliis sublongiores, demum recurvi. Cor.

parva, pallide cœrulea. Calyces fructus tetragono-pyramidati.

In cultis, vineis, ruderatis. In agris argillaceis major evadit, foliis crassioribus Mart. - Majo. ☉

18) *triphyllos*; floribus pedunculatis, foliis (super:) digitato-partitis, summis 3-partitis, pedunculis calyce longioribus, caule erectiusculo. SCHRAD. H. 551. \* *Alsine triphyllos cœrulea*. C. B. P. 250. Cat. 73. Sturm I. 8.

Glanduloso-pubescens, viscosa. Caulis 3 - 6", ramosus vel simplex. Folia carnosae, radicalia petiolata, ovata, indivisa. Pedunculi erecti, foliorum longiores. Cor. parva, cyanea. Caps. obcordata, majuscula, pubescens.

In agris passim frequens; v. gr. versus St. Jacobum, Mutenz, Altschwyler, Wyl, etc. Mart. - Majo ☉.

19) *verna*; floribus subsessilibus, foliis digitato-partitis, summis indivisis, pedunculis calyce brevioribus, caule stricto. SCHRAD. H. 552. \* *Als. Veronicae foliis*. C. B. Herb. Sturm. I. 13.

β. Foliis subintegerrimis. V. polygonoides. LAM. V. Bellardi. ALL. PED. t. 85. f. 1. quoad. ic.

Differt a *triphyllo*: Caule humiliore strictiore, simpliciore, pilis simplicibus, pedunculis calyce brevioribus, flore capsulaque minoribus.

Rarior. In aridissimis ad Wiesam cum β. Apr. Majo ☉.



**GRATIOLA.** *Cal.* 5-partitus. bracteis 2. *Cor.* 4-fida, 2-labiata, labio superiore resupinato. *Stam.* 4: duo sterilia. *Caps.* 2-locularis.

1) *officinalis*; foliis lanceolatis (decussatis) trinerviis, apice serratis, pedunculis (axill.) 1-floris, calycibus bibracteatis. W. EN. H. 329. \* *Gratiola centauroides*. C. B. P. 279. Schk. t. 2. a. J. B. H. III. 435. ic.

Planta glabra sapore amarissimo, nauseoso. Caulis 1', erectus, cavus. Flores longe pedunculati, virescentes, purpura striati, fauce flavicante lanuginosa.

Prope Mühlhusiam. Michelfeldæ C. B. Hodie ibidem desideratur. Jul. 24.

**PINGUICULA.** *Cal.* 2-labiatus, 5-fidus. *Cor.* ringens, calcarata. *Caps.* 1-locularis.

1) *vulgaris*; nectario acuto (subulato), labio superiori bilobo, inferioris laciniis obtusis. SCHRAD. H. 292. *Sanicula montana flore calcare donato*. C. B. P. 243. Sturm. I. 14. Schk. t. 3.

Glanduloso-pilosa. Scapus 4—6", uniflorus. Folia carnosae, margine involuta. Flores nutantes, violacei.

Michelfeldæ. In M. *Wasserfall*. Circa *Ramstein* in pascuis udis. Ad ripam Rheni inter Augustam et Rhenoefeldam Majo. Junio 24.

UTRICULARIA. *Cal.* 2-phyllus, æqualis. *Cor.* ringens, calcarata. *Caps.* 1-ocularis.

1) *vulgaris*; nectario conico, labio superiori integro palato æquali, foliis pinnato-multipartitis. SCHRAD. H. 290. \**Millefolium aquaticum lenticulatum*. C. B. P. 141. *Cat.* 43. Sturm. I. 13.

Scapus submersus, 2 — 4 florus. Folia numerosa, multipartito-capillaria, utriculis obsessa, durante florescentia aere inflatis, quò planta natet, *Cor.* personatæ, vitellinæ, striis rubellis.

In udis Michelfeldæ. Lach. Inter *Brüglingen* et *der Neuenwelt*. Fr. Zwingger. Im *Johanniter-Weiher* prope Rhe-nofeldam. Jun.—Aug. 24.

2) *minor*; nectario carinato, labio superiori emarginato, palato æquali, foliis 3-partito-dichotomis. SCHRAD. H. 291. Sturm. I. 17.

Differt a priori: habitu minore, teneriore, cor. minore, pallidiore, ringente, calcari breviorè labioque super. emarginato.

In sylva infra *Michelfelden*. Ach. Mieg. In insula Rheni prope *Neudorf*. Lach. Jul. Aug. 24.

(*U. intermedia* adhuc apud nos latet)

LYCOPUS. *Cor.* tubulosa, subæqualis, 4-fida; lacinia sup. latiore, emarginata. *Stam.* distantia. *Sem.* 4, retusa.

1) *europæus*; foliis sinuato-serratis. L. . . H. 220. \**Marrubium palustre glabrum*. C. B. P. 230. *Cat.* 65. F. D. 1081. Schk. t. 4.

β. *L. exaltatus*. FL. et HORT. ERLANG. (non L.)  
(C. B. Synon. Prodr. p.110. teste specimine in her-  
bario et loco natali (Italia) non hûc, sed ad  
*L. exalt. L.* refer.)

Rad. valde repens. Caulis 1—4', tetragonus.  
Folia opposita, ovata, acuminata, inferiora ad ba-  
sin pinnatifida. Flores in verticillos densos con-  
gesti, parvi, albidi, rubro intus punctati. β. ela-  
tior, magis pubescens, foliis omnibus pinnatifidis.

Ad fossas aquaticas satis frequens. β. ad Birsecum rarius.  
Jun. - Aug. 24.

SALVIA. *Cal.* bilabiatus. *Cor.* ringens. *Filam.*  
transverse pedicello affixa. *Sem.* 4, nuda.

1) *pratensis*; foliis (rugosis) cordato-oblongis,  
crenatis incisive, bracteis calyce (parum) minori-  
bus, corollæ galea falcata, subviscosa, labio infe-  
riori longiore. . . H. 253. *Horminum pratense foliis*  
*serratis*. C. B. P. 238. Cat. 69. \**H. sylvestre caule*  
*purpurascente Hort. sicc.* Sturm. I. 9.

β. *H. p. majus*, *foliis profundius incis.*  
*Pin.* 239.

Caulis 1'—2', 4-gonus, hirsutus, superne viscosus.  
Bracteæ cordato-acuminatæ, subtus unà cum ca-  
lyce glanduloso-pubescentes. Verticilli subsexflori.  
Flores cœrulei, rarius incarnati vel albi.

In pratis, pomariis, versuris, ad vias. Apr.-Jul. 24.

2) *glutinosa*; foliis cordato-sagittatis, acuminatis, grosse et inæqualiter serratis, petiolatis, calycis labio superiore integro. . . H. 252. \**Horn. luteum glutinosum*. C. B. P. 238. (at. 69. Sturm. I. 17. J. B. H. III. 314. ic.

Glanduloso-villosa, viscida. Caulis superne ramosus, floriferus cernuus, 2 — 4'. Verticilli 6-flori. Cor. speciosæ, flavæ.

In M. Muteto C. B. Ad Birsam prope St. Jacobum et Dornacum. In nemore Wylensi. Prope Arisdorf. Ad sepes in pago superiori subinde frequens; v. gr versus Tenniken, Diepfingen, Rümmlingen, Hölstein, Wallenburg, Langenbruck, etc. In fossa urbis Divi Albani olim Hall. Jun. — Sept. 24.

LEMNA. Cal. 1-phyllus. Cor. o. Caps. supera 1 — 2-ocularis, 1 — 2-sperma. (Supra aquam libere natans.)

1) *trisulca*; foliis ovato-lanceolatis in petiolum attenuatis, cruciatim proliferis, radicibus solitariis (brevibus) SCHRAD. H. 1901. *Lenticularia aquatica trisulca*. C. B. P. 362. Michel. nov. gen. t. 11. f. 5.

Folia læte viridia, quasi ternata, ad latera proli-fera, Flores in rima marginali solitarii, polygami.

In stagnis frequens. Jun. Jul. ☉.

2) *minor*; foliis obovatis (ellipticisve), utrimque planiusculis (basi cohærentibus), radicibus solitariis (longissimis). SCHRAD, H. 1900. *Lenticularia*

*palustris vulgaris*. C. B. P. 362. Vaill. t. 20. f. 3, Schk. t. 284.

Folia lenticularia, natantia, 2—3, basi connexa. Flores marginales, hermaphroditi.

In aquis tranquillis vulgatissima. Jun. Jul. ☉.

3) *gibba*; foliis obovatis convexiusculis, subtus hemisphæricis, radicibus solitariis. SCHRAD. H. 1898. Michel. Gen. t. 11. f. 2. Schk. l. c.

Præcedenti major, foliis subtus hemisphæricis, magis spongiosis.

Iisdem locis rarior. Jun. Jul. ☉.

4) *polyrhiza*; foliis ellipticis planis, basi co-hærentibus, radicibus fasciculatis. W. H. 1899. VAILL. t. 20. f. 2. Schk. l. c.

Folia quam in prioribus 2—3plo majora, rotundiora, subtus convexiuscula, atro-purpurea.

In stagno Sclopetariorum. Jun. Jul. ☉.

## D I G Y N I A.

ANTHOXANTHUM. Cal. gluma 2-valvis, 1-flora. Cor. glumacea, duplex, utraque 2-valvis, *exteriori* aristata, *interiori* minima, mutica. Sem. corollæ interiori adnatum.

1) *odoratum*; spica ovato-oblonga, flosculis subpedunculatis, arista longioribus, patulis, corollæ glumis exterioribus [ciliatis, VAHL. H. 1491.

\* *Gr. pratense spica flavescente*. *C. B. P.* 3 *Th.* 44.  
*Cat.* 6. *Sturm.* I. 4. *Schreb.* t. 5. *Leers.* t. 2. f. 1.

*β.* panicula ramosiore. *H.* 1491. *β. Lösel.* ic. 22.

Calamus 1—3', erectus. Folia brevia, mollia, plana. Panicula sæpe interrupta, primum viridis vel purpurascens, dein lutescens. Stamina exserta, pendula, antheris aureis. Pabulum desiccatum suaveolens, optimum.

In pratis. arvis, pascuis vulgaris. Apr. - Aug. 24.

# TRIANDRIA,

## MONOGYNIA.

---

VALERIANA. *Cal. o. Cor.* 1-petala, 5-fida, basi hinc gibba *Sem.* 1. pappo plumoso.

1) *dioica*; fl. dioicis, foliis radic. (indivisis) oblongis, subrepandis, caulinis pinnatifidis, subintegerrimis, laciniâ terminali majore. W. EN. II, 208. Sturm. 1. 9.

♂. \**V. palustris minor*. C. B. P. 164. Cat. 50.

♀. \**V. p. media parum laciniata*, P. et Cat. l. c. *V. p. inodora* etc. Prodr. p. 86.

Caulis 1—2', erectus, stoloniferus. Corymb. *masculus* laxior, floribus carneis, *fœmineus* densior, flor. minoribus, pallidioribus. Flores haud raro hermaphroditi.

In pratis udis, ad fossas aquaticas non infrequens. Mart. - Jun. 24.

2) *officinalis*; floribus triandris (corymbosis), foliis omnibus pinnatis. L. H. 210.

α. major, foliolis latioribus. \**V. sylvestris major*. C. B. P. 164. Cat. 50. *V. latifolia*. VAHL. F. D. 570.

αα. *V. palustris major*, P. l. c. et Prodr. p. 86. *V. excelsa*. DU FRESNE.

$\beta$ . minor, foliolis angustioribus, subpubescentibus. \**V. sylv. major montana*. C. B. P. l. c. *V. tenuifolia*. VAHL. Sturm, 1.9. (Odor plantæ gravior)

$\gamma$ . foliis ternis.

Rad. fibrosa, præmorsa, graveolens. Caulis in  $\alpha$ . sæpe orgyalis, corymbo composito, in  $\beta$ . 2—3', corymbo simplici densiore. Flores albido-incarnati.

$\alpha$ . In sylvis humidis et ad fossas, ripas, vulgaris.  $\beta$ . Ad sylvarum montos: oras et in collibus siccis.  $\gamma$ . Prope Olsberg. Jun. Jul. 24.

3) *tripteris*; foliis dentatis, radic. cordatis simplicibus, caulinis ternatis, ovato-oblongis, foliolis lateralibus lanceolatis, caule recto, floribus paniculatis. DU FRESNE. H. 211. \**V. alpina prima* C. B. P. 164. *Prodr.* p. 86 c. *bon. ic. Cat.* 50 et \**V. alpina altera*. P. l. c. Jacq. a. t. 268. J. B. H. III. p. 208. ic.

$\beta$ . minor, foliolis caulinis subsimplicibus.

Caulis 1 — 2 $\frac{1}{2}$ '. Folia rad. longe petiolata, glabra, plus minus profunde dentata, caulina 3-partita, lacinia intermedia maxima, folia summa simplicia, integerrima. Cor. albidæ vel carneæ, odoratæ.

In M. Wasserfull, Vogelberg, Kallen, Schefmatt, Dornaels etc. Jun. Jul. 24.

4) *montana*; foliis oblongis subdentatis, imis obtusis, summis acutis, caule recto, floribus



paniculatis. DU FRESNE. H. 212. \**V. alpina* Scrophulariæ folio. C.B.P. 164. Prodr. p. 87. ic. Cat. 50. Jacq. a t. 269.

β. \**V. montana subrotundo folio*. P. 165. *V. rotundifolia*. VILL.

γ. Foliis caulinis ternatis, æqualibus. *V. montana* δ. LAPEYR. Pyr.

Rad. repens, stolonifera. Caulis 1—1½'. Folia obiter dentata, radicalia petiolata, ovata vel cordato-ovata, obtusa; in petiolum decurrentia, caulina infer: elliptica, super: ovato-lanceolata, acuminata, summa angustissima. Panicula densior, corymbosa, floribus incarnatis vel albidis. β. vix varietas, foliis radicalibus rotundatis. γ. a *tripteri* abunde distincta.

In scopulis umbrosis iisdem cum priori locis, et in M. Farnsburg, Dietisberg, sed frequentior. γ supra Wolten inter Dietisberg et Schmuzeberg. Jun. - Aug. 24.

FEDIA. Cal. 3—6 dentatus. Cor 1-petala, 5-fida, basi hinc gibba. Nux. calyce persistente coronata, 2—3 locularis: loculo uno alterove sterili.

1) *olitoria*; caule dichotomo glabriusculo, foliis oblongis, obtusis, rariter incisus, fructu compresso, utrinque bicostato, obsolete 3-dentato. . . . H. 214. \**Val. campestris inodora major*.

*C. B. P.* 165. *Cat.* 50. *V. Locusta* a. *L. Valer. olitoria* W. *Valerianella olit.* DEC. Sturm. I, 2.

β. Foliis super: dentatis. *Lob. ic.* 717.

γ. Fructu superne pubescente.

δ. Monstrosa: \**V. campestris abortiva*. *C. B. Hb.*

Flores exigui, fasciculati, pallide cœrulei. Bractææ oblongæ, ciliato-scabræ. Fructus late-ovatus, subcompressus, hinc gibbus, inde planiusculus, 4-costatus, oblique truncatus, glaber, rarius apice pubescens.

In vineis, agris et cultis nihil frequentius. γ. In agris lapidosi montanis observavi. δ. passim cum α. Apr.-Jul. ☉.

(Novas hujus generis species, a recentioribus nimis forsân subtiliter distinctas, multis licet examinatis speciminibus, nondum mihi eruere licuit. Fructus enim in hac stirpe, pro diversa loculorum, fertilium vel sterilium conditione, varie mutatur; utpote qui vel plus minusve turgidus, vel hinc excavatus, vel costa altera prominentiori præditus, vel transversim undulatus apparet.)

2) *dentata*; caule dichotomo, divaricato, scabriusculo, foliis oblongis, subserratis, fructu pyriformi, sexcostato, 3-6-dentato, dentibus 2 brevissimis. . . H. 215. \**Valerianella C. B. Hb.* *Valeriana dentata* W. *Valerianella dentata* DEC.

β. foliis integerrimis. *F. D.* 738.

A priori differt: Habitu proceriore, graciliore,

ramis magis divaricatis, scabritie insigniori, floribus carneis, fructu pyriformi et anthesi seriori.

In agris. Jun. — Aug. ☉.

**POLYCNEMUM.** *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Cor.* o.  
*Utriculus* 1-spermus.

1) *arvense*; foliis subulato-prismaticis, apice spinulosis. VAHL. \**Camphorata glabra* C.B. Cat. 113. quod *C. congener* Pin. 486.

α. Caule procumbente. H. 1570. P. inundatum HOPPE. Tb. 91. t. 2. Jacq. a. t. 365. ic. sup.

β. Caule erecto. P. rigidum HOPPE. l. c. t. 1. Jacq. l. c. ic. infer.

Caules 2 — 8" ramosi, diffusi, ramis basi nodosis; in β. breviores, simpliciores. Flores axillares, sessiles, pusilli, albidii, raro gemini. Calyx persistens.

In agris ante portam D. Johannis. Ad Wiesam. Secus agrorum semitas versus *Oerlingen*. C. B. Jul. Aug. ☉.

**CROCUS.** *Spatha* radicalis. *Cor.* 6-partita, æqualis tubo longissimo. *Stigmata* convoluta.

1) *vernus*; stigmatate incluso, 3-fido staminibus longiore, lobis cucullatis, plicatis, crenulatis, fauce tubi pilosa, glandulosa, bulbo lævi W. EN. H. 1257. \**Crocus vernus latifolius* (cum Var.) C.B. P. 65.

A *sativo* differt: Foliis latioribus, minus revolutis, stigmatate non exserto, inodoro, flore albo, purpureo vel variegato.

Copiose in pratis et pascuis montosis inter *Brunntun* et *Bellelay*, ubi passim tota prata oppiet, incolis *Levettes* audiens. Lach. Primo vere 24.

IRIS. *Cor.* 6-partita, laciniis alternis reflexis, alternis conniventibus. *Stylus* o. *Stigm.* 3 petaliformia.

1) *germanica*; (barbata) foliis ensiformibus brevioribus, caule multifloro, laciniis cor. erectis, subrotundo-ovatis. SCHRAD. H. 1258. \**Ir. vulg. germanica* s. *sylv.* C. B. P. 30. Th. 571. c. ic. Cat. 19. Bull. t. 141.

β. *Iris hortensis latifolia.* C. B. P. 31.

Scapus  $1\frac{1}{2}$  — 2'. Cor. violacea vel purpurea, barba lutea. Stigma violaceum.

In vineis prope *Wyl.* Ad Rhenum *bei der Baar.* Ad muros arcis *Möchenslein* Juxta viam *Crenzacensem auf Bickers Acker*; prope sacellum *Isteina.* β. In hortis colitur, sed non differt. Majo. Junio. 24.

2) *Pseudacorus*; imberbis, foliis ensiformibus, petalis alternis, stigmatate minoribus. THUNB. H. 1260. \**Acorus adulterinus.* C. B. P. 34. Th. 634. c. ic. Cat. 19. *Ir. paludosa* PERSON. Schk. t. 5. a. b.

Rad. crassa, longa, fibrosa, acris. Scapus 2 — 4'.

Cor. inodora, flava, maculis fulvis venisque nigrescentibus picta.

In paludibus, stagnis et rivis non rara. Maj. Jun. 24.

3) *sibirica*; imberbis, foliis linearibus, scapo subtrifloro, tereti, (fistuloso, foliis longiore) germinibus 6—9gonis. THUNB. H. 1259. \* *Ir. pratensis angustifolia*. C. B. Herb. *Ir. pratensis angustifolia non fœtida altior*. C. B. P. 32. Th. 597. c. ic. *Ir. tenuifol. Michelfeldensis spontanea*. J. B. H. II. 729.

β. *Ir. pr. ang. humilior*. Pin. l. c. Cat. 19. (perperam ad *Ir. spuriam* trahitur.)

Caules plures, 1—3'. Flores odori, subterni, lacinia reflexa emarginata, pallide cœrulea, ad basin lutescentes, erecta integræ, cum stigmate purpureo-cœrulea, concolores, cuncta venis violaceis picta.

. Michelfeldæ nunc rarissima. Majo. Jun. 24.

SCHOENUS. *Squamæ* in spicam imbricatam congesta, paleacea, inferiores vacua. Sem. 1. nudum vel setis cinctum.

1) *compressus*; culmo teretiusculo, spica composita, disticho-compressa (involucro 1-phyllo), foliis planis. GAUD. H. 1342. C. uliginosa FL. SUEC. Sc. caricinus SCHRAD. Sc. compressus PERSONN. Pollich. pal. N°. 38. f. 2. Leers t. 1. f. 1.

- Rad. stolonifera. Culmi  $1\frac{1}{2}$  — 1'. Spiculæ 5 — 12, nitidæ, 5 — 8 floræ, alternæ, distichæ, compressæ, primum fuscæ, dein castaneo-ferruginæ.

Ad Rhenum prope *Crenzach* et domum rubram. Ad Birsecum. In pascuis udis montanis; v gr. in M. *Dietsberg*; prope *Matzendorf* et *Oisingen*. In nemore *Wylensi*; *Michelfeldæ* etc. Majo Jun. 24.

2) *albus*; culmis trigonis, divisis, (foliosis) foliis carinatis, angustissimis, floribus fasciculatis, (subcorymbosis) radice fibrosa. GAUD. H. 1341. *Rhynchospora alba* VAHL. Sturm. I. 41. Schk. t. 7.

Culmi 1' et ultra, graciles. Folia vaginantia, culmo breviora. Ligula subnulla. Pedunculi laterales, 1 — 2. Spiculæ lanceolatæ, in corymbum terminalem congestæ, nivæ, demum fuscescentes. Setæ 8 — 10 ad basin seminis.

Supra *Nonnastimweiber*. t. Gmelino. Jun. Jul. 24.

3) *fuscus*; culmo trigono, foliis setaceis, canaliculato-carinatis, fasciculis terminalibus subgeminis involucre longe minoribus, spiculis subtrifloris, stigmatibus stylo longioribus. SCHRAD. *Schoenus albus*  $\beta$ . SM. Sch. setaceus THUILL. *Rhynchospora fusca* R. et S. Sturm. I. 41.

Rad. repens. Caulis 2 — 6", erectus. Pedunculus 1-lateralis. Fasciculus terminalis 1 — 2, e spiculis oblongo-lanceolatis, fusco-ferrugineis, nitidis, compositus. Setæ 3 ad basin seminis.

In insula natante supra *den Nonnathweiher* retro *Badenweiler* et in pratis udis *auf der Sirmitz*. Gme l. Maio. Jun. 24.

CYPERUS. *Squamæ* paleaceæ in spicam distiche imbricatæ, earinatæ. *Cor.* o. *Sem.* 1. nudum (Setæ nullæ hypogynæ).

1) *flavescens*; spiculis lineari-lanceolatis, alternis, confertis, glumis obtusis, involucri triphyllo, umbella trifida longiore. VAHL. H. 1348. \* *Gram cyperoides minus panicula sparsa subflavescente*. C. B. P. 6. Th. 89. ic. Cat. 9. Schk. t. 7.

Rad. fibrosa. Culmi cespitosi, trigoni, 2—6", nudi. Folia angustissima, carinata, glabra. Involucri folia 3, inæqualia, foliis similia. Umbellula terminalis, elegans, plerumque duplicata. Spiculæ alternæ, confertæ, compressæ, ex viridi-flavescentes, nitidæ.

Michelfeldæ, Fridlingæ, ad Birsam, Birsecum. Prope *Olsberg*. Jun—Aug. 24.

2) *fuscus*; spiculis lineari-lanceolatis, alternis, confertissimis, valvulis acutis, involucri sub 3—5 phyllo, longissimo foliisque linearibus, umbella 3—5-fida. VAHL. H. 1349. \* *Gr. Cyper. minus panicula sparsa nigricante*. C. B. P. 6. Th. 89. c. priori. Cat. 9. Schk. t. 7. Leers. t. 1. f. 2.

Priori affinis differt: Culmis altioribus, triquetris, foliis latioribus, scabriusculis, umbellulis pluribus,

spiculis angustioribus, numerosioribus, atro-fuscis, dorso viridibus.

Iisdem cum *flavescente* locis. In viis udis sylvarum prope *Bottmingen*, *Crenzach*, *Olsberg* etc. Porro prope pagum *Seben*. Jun. - Aug. ☉.

SCIRPUS *Squamæ* paleaceæ in spicas undique imbricatæ. Cor. o. Stylus vel filiformis simplex, vel 2 - 3-fidus. Semen. 1. nudum vel setis basi cinctum.

\* Stylus simplex, semen nudum (ISOLEPIS).

1) *setaceus*; culmo setaceo, nudiusculo, spicis subternis (plerumque solitariis), sessilibus, involucri 1-phylo, erecto, culmo multo brevior. GAUDIN. H. 1345. \**Gram. junceum minimo capitulo squamoso*. C. B. P. 6. Prodr. p. 13. Isolepis setacea R. et S. Sturm I. 10. Leers. t. 1. f. 6.

Culmi 1 - 5", dense cespitosi, tenerrimi, rigidiusculi. Involucrum erectum, culmi apicem simulans. Spiculæ parvæ, ovatæ, solitariæ vel geminæ, raro ternæ, subsessiles, purpurascens.

Locis udis prope novam domum. In nemore Wylensi. In der Hard. In subpaludosis ad Wiesam: Circa *Bottmingen*; prope *Olsberg*. Majo - Aug. 24. (Schrad.) ☉. (S m. Gaudin.)



\*\* Stylus simpl: setæ breves, hypogynæ (SCIRPUS).

† Culmo monostachyo.

2) *Bæothryon*; culmo substriato nudo, vaginis aphyllis, muticis, gluma involucrali mutica . piceam subæquante, stigmatibus tribus WAHLENB. H. 1335. Sc. Halleri. VILL. Sc. pauciflorus. SM. Sc. Bæothryon et camp. SUT. Sc. campestris W. Sturm I. 10.

Rad. fibrillis crispatis, repentibus. Culmi simplices, inæquales, 3 — 6'', nudi, setacei. Spica terminalis exigua, solitaria, ovata, rufo-fusca, fructifera 2 — 3 - fida.

† Infra Neudorf versus Rhenum in arenosis. Lach. Jun. Jul. 24.

† † Culmo polystachyo tereti.

3) *lacustris*; culmo tereti, vaginis inferioribus s. supremis in folium breve desinentibus, cyma terminali decomposita, involucro 2 — 4 - phyllo suffulta, spiculis ovatis, glabris, stylo trifido. VAHL. H. 1337. *Juncus maximus s. Scirpus. C. B. Th. 178 c. ic. major vel Mariscus Plin. P. 12. Cat. 14. Sturm I. 36.*

β. *Juncus s. Scirpus medius. C. B. P. 12. Th. 181 c. ic. Sc. Tabernæmontani. GMEL. B.*

Rad. valde crassa, articulata, repens. Culmi 5 — 12', solitarii, medullosi, nudi. Involucrum 2 - 4 phyllo,

folio altero multo longiore, rigido, cymam compositam subæquante. Spiculæ ovatæ, ferrugineæ, congestæ. In  $\beta$ . culmi humiliores, graciliores, magis glauci; cyma simplicior et spiculæ minores.

In stagnis frequens. v. gr. *Im Altschwylerweiher* copiosissime.  $\beta$ . In paludibus insularum Rheni inter *a*. v. gr. infra *Neudorf*. Jun. Jul. 24.

††† Culmo polystachyo, triquetro vel trigono.

4) *triqueter*; culmo 3-gono (mucrone erecto), spicis lateralibus pedunculatis sessilibusve, stigm. 2, rad. repente. GAUDIN, H. 1338. (excl. Syn. L. et SCHEUCHZ.) (Non 1343, qui numerus ad *Schaen. Marisc.* refer.) Sc. mucronatus POLL. (non L.) Sc. trigonus HOPPE. Sturm. I. 36.

$\beta$ . Spiculis sessilibus, conglomeratis. \* *Juncus acutus maritimus caule triangulo*. C. B. P. 11. Prodr. 22. c. ic. Th. 175. c. ic. Sc. triqueter HOPPE. Sc. mucronatus ROTH. GMEL. BAD. (excl. Syn.) Sc. pungens VAHL. Sc. Rothii STURM, I. 36.

Rad. repens. Culmi 1—3', trigoni, medullosi. Vagina inferior vel et superior postice in folium desinens. Involucrum 1-phyllum, (raro 2-phyllum) erectum, culmi prolongationem æmulans, ut panicula appareat esse lateralis. Spiculæ ovatæ, ferrugineæ. In  $\beta$ . culmus humilior, potius triqueter, spiculæ rariores, sessiles. (Sc. *mucronatus*. L.

præter alias characteres, mucronem semper habet fortiter refractum).

Ad Rhenum inter *Neudorf* et *Hüningam*. Prope *Merét*. Versus *Binzen*. LACH.

5) *maritimus*; culmo triquetro, vaginis foliiferis, spiculis terminalibus oblongis, fasciculatis, pedunculatis sessilibusve, involucri polyphylo cinctis, glumis mucronatis, lacero-trifidis. SCHRAD. H. 1339.

β. Radice tuberosa. \* *Cyperus rotundus inodorus germanicus*. C. B. P. 14. Th. 215. c. ic. Prodr. p. 24 c. ic. Sc. tuberosus DESF. Sc. maritimus. SCHK. t. 8.

γ. Spiculis omnibus sessilibus. Sc. compactus HOFFM. et FL. ERLANG. Krock. Siles I. t. 15. Scheuchz. Agr. t. 9. f. 7. 8 ?

Rad. repens, squamosa, in β tuberosa. Culmi  $1\frac{1}{2}$  — 4', striati, glabri. Folia linearia, carinata, superiora culmum superantia. Involucris folia 3 — 5, inæqualia, longa. Spiculæ magnæ, crassæ, oblongo-ovatæ, acutæ, fusco-ferrugineæ.

In insulis Rheni circa et infra *Mickelfelden*. Jun - Aug. 24.

6) *sylvaticus*; culmo trigono folioso, cymæ terminali supradecomposita, involucri polyphylo cincta, spiculis ovatis, confertis, glumis mucronatis. SCHRAD. H. 1340. \* *Gr. cyperoides miliaceum*.

*C. B. P. 6. Th. 90. c. ic. mal. Cat. 9. \* Gr. cyperoides panicula sparsa majus P. l. c. Sturm I. 36. Leers. t. 1. f. 4.*

Rad. sublignosa, repens. Culmi  $1\frac{1}{2}$  — 3', fistulosi. Folia longa, lata, carinata, marginibus scabra. Involucris folia 2 — 5, altero maximo cymam superante. Spiculæ exiguæ, badio-virescentes.

Locis humidis frequens. Jun. Jul. 24.

\*\*\* Stylus 2 — 3-fidus, setæ hypogynæ. (ELEOCHARIS)  
Culmo monostachyo.

7) *palustris*; spica ovali, nuda, squamis lanceolatis, acutis, culmis subteretibus, vaginis aphyllis, muticis, stigm. 2, radice repente. R. et S. H. 1336. *Juncus capitulis Equiseti. C. B. P. 12. Cat. 14. Th. p. 186. ic. Eleocharis palustris R. et S. Leers. t. 1. f. 3. Sturm. I. 10.*

β. Minor; Sc. reptans. THUILL. Sc. varius et tenuis (fide specim.) FL. ERL. Sturm. I. 9.

γ. Culmo compressiusculo, laxo.

Rad. repens, horizontalis, cum vaginis inferne fusco-atra. Culmi  $\frac{1}{2}$  —  $1\frac{1}{2}$ ', teretes, medullosi vel fistulosi. Spica terminalis, ovali-oblonga, imbricata, fusca. In β. culmi humiliores, 2 — 6", graciliores sed rigidiores, radice sublignosa.

In palustribus, pratis udis β in pascuis humidis montanis; etiam Michelfeldæ. Maj. — Jul. 24.

8) *ovatus* ROTHII; spica ovata nuda, squamis oblongis, obtusis, floribus subdiandris, stigmatibus 2, culmis subcompressis, vaginis muticis, aphyllis, radice fibrosa. R. et S. Sc. multicaulis GM. (non SM.) Sc. turgidus PERSON. Sc. annuus THUILL. *Eleocharis ovata* R. et S.

Culmi cespitosi, numerosi, 4—8", suberecti, graciles, flexiles, vaginis 2 truncatis vestiti. Spica terminalis, brevis, obtusiuscula, glumis parvis, conniventibus, ferrugineis, dorso viridibus. Setæ Lypogynæ 6.

Prope *Sackingen* Cl. F. Nees. Jun. Jul. ☉.

9) *intermedius* THUILL. culmo tereti basi vaginato, spica (sub) ovata, terminali, glumis obtusis æqualibus, radice fibrosa. SM. sub *multicauli*. Sc. palustris β. L. LAPP.

*Intermedius ovatum* inter et *palustrem*. Rad. fibrosa (nec repens). Culmi plures, 6—8", vaginis truncatis 2, inferiori rubella, vestiti, culmis brevioribus intermixtis. Spica elliptica, badio-ferruginea.

A. Sc. *ovato* recedit: Culmis paulo crassioribus, vaginis longioribus, spica longiore, squamis paucioribus, latioribus, laxius imbricatis, magis spadiceis, et radice perenni. A. var. β *palustris*, culmis minus rigidis, squamis margine minus scariosis et inprimis radice fibrosa, non repente.

Stigmata 3, uti contendit SCHRADERUS, in meis exempl. non observavi.

Prope *Olsberg*. Etiam Cl. Hochstetter circa urbem lectum mecum communicavit, sed locus excidit. Jun. Jul. 24.

10) *acicularis*; culmo (sub) 4-gono, vagina aphylla instructo, spica ovata, acuta, glumis inferiore paulo majoribus. SM. H. 1346. *Juncellus inutilis* s. *Chamæschænus*. C.B.P. 12. *Prodr.* 23. *Th.* 183. *Eleocharis acicularis* R., et S. Sturm I. 10. F. D. 287.

Culmi cæspitiosi, 2—3'', setaceo capillares. Folia similia. Spica perexigua e fusco-nigricans.

In fundo piscinæ nunc exsiccatae prope *Kleinriehen*. Lach. In udis prope *Merkt*. Cl. F. Nees. Jun. - Aug. ☉.

ERIOPHORUM. *Cal. glumæ* paleaceæ, undique imbricatæ. *Cor. o. Nux.* 1-locularis, lana longissima cincta.

\* Spica solitaria.

1) *vaginatum*; culmo teretiusculo glabro, vaginis superne ventricosis, spica oblongo-ovata, lanæ filis rectis, densissimis. . . H. 1332. *Juncus alpinus capitulo lanuginoso* s. *Schænolagurus*. C.B.P. 12. *Prodr.* 23, et *Theatr* 188. ic. (ad exempl. parv. Syn. Pin. 10. quod alii huc citant, fide herb. ad *cæspitosum* L. pertinet) E. sæspitosum SCHRAD, Sturm, I. 10. SCHEUCHZ, *Prodr.* t. 7.

Rad. fibrosa, valde cæspitosa. Culmi  $\frac{1}{2}$ —1', vaginis inflatis fuscescentibus ad medium usque (in specim. jun.) vestiti. Folia dense congesta, longa, rigidiuscula, triquetra. Spica erecta, subovata. Nux triquetra parva, lana sericea alba pollicari undique densissime obvallata.

In M. *Wasserfall* In sylvâ Olsbergensi. *Auf dem Non-matthösiher.* t. Gmelino. Apr. Majo 24.

\* \* Spicis pluribus pedunculatis.

2) *angustifolium*; foliis canaliculatis, superne triquetris, culmo (sub) tereti, spicis nutantibus, pedunculis lævibus, simplicissimis. GAUD. C. polystachion  $\beta$ . W. E. polystachion POLL. WAHLENB. H. 1331.  $\beta$ . Sturm I. 10. VAILL. t. 16. f. 1.

Rad. repens. Culmi 1—1 $\frac{1}{2}$ ', stricti, inferne teretes, superne 3-goni. Folia quam in seq. angustiora, longiora, in acumen 3-quetrum subulatum producta. Spicæ 3—6, subnutantes. Lana sericea spica multo longior. (Pedunculis lævissimis ab affinibus facile discernitur.)

Im *Weiberfeld*. In humidis mont. haud rarum inter seq. Apr. Maio 24.

3) *latifolium*; culmis subtrigonis, foliis planiusculis apice triquetris, pedunculis subramosis, scabris, demum pendulis, . . H. 1331. \* *Gram.*

*tomentosum panicula sparsa. C. B. P. 4. Cat. 7.*  
*E. polystachium W. GAUD. Sturm. I. 10.*

Radice fibrosa, culmis altioribus, laxioribus, foliis latioribus planis, nonnisi apice triquetris, brevioribus, pedunculis sæpe ramosis, longioribus, scabris, spicis pluribus, magis nutantibus et lana brevioribus, a præced. recedit.

In udis ubique. Apr. Majo. 24.-

4) *triquetrum*; culmis trigonis, foliis triquetris, pedunculis scabris, spicis florentibus erectis, seminibus linearibus. HOPPE. *E. gracile* ROTH, DEC. *E. angustifol.* SCHLEICH. Sturm. I. 10.

Differt a *latifolio*: Habitu gracilore, culmis tenerioribus, foliis brevioribus, pedunculis filiformibus compressis, pubescentibus, (pilis brevibus appressis), spiculis minoribus, lanararioribus, breviori.

In udis argillaceis montanis; v. gr. inter *Dietisberg* et *Leuffelfingen*. Huc usque inter *latifol.* latuit.

**NARDUS.** *Cal.* 0. *Cor.* 2-valvis, gluma exteriori apice mucronata. *Stigm.* 1. simplex. *Sem.* calyce tectum.

1) *stricta*; spica setacea, recta, secunda. L. H. 1410. *Gr. sparteum juncifolium C. B. P. 5. Th. 69.*  
*Gr. sparteum minus vel hollandicum. P. l. e. Prodr. p. 11, Th. 69. 70. c. ic. Leers. t. 1. f. 7.*



*β. Gr. sparteum basiliense s. capillaceofolium majus. Pin. 5. Prodr. p. 11. Cat 7. Schreb. gr. t. 7.*

Glaucescens. Culmi cæspitosi, rigidi, tenues, palmares, 3 — 8". Folia fasciculata, canaliculato-setacea. Spica linearis, stricta. Spiculæ angustæ, acuminatæ, unilaterales, rachi adpressæ, emereo-purpurascens. *β.* nonnisi statura altiori differt,

In M. Vogelberg, Paschwang. Circa Ramstein, Ranssen, Reigoltschweyl. *β.* Michelfeldæ. C. R. et Lach. Apr. - Jun. 24.

---

## D I G Y N I A.

**ALOPECURUS.** *Cal.* 2-valvis, valvulis subæqualibus, basi connatis. *Cor.* 1-valvis, mutica vel basi aristata.

1) *geniculatus*; culmo adscendente, geniculato, lævissimo, panicula subspicata, cylindrica, obtusa, glumis calycinis basi subliberis, obtusis, carina pubescentibus. . . H. 1541. *Gram. aquaticum geniculatum spicatum. C. B. P. 3. Th. 41. Leers. t. 2. f. 7. F. D. 564.*

*β.* Culmo basi bulboso. **A. bulbosus** HOFFM. (excl. Syn.)

Rad. fibrosa. Culmi 1 — 2', (sæpius in aqua nantes), et vaginis tecti, geniculati, geniculis

infer. infractis, radicanibus. Vaginæ plures, subinflatae. Ligula longa, obtusa. Spica brevis purpurascens vel virescens. Antheræ violaceæ, demum flavæ.

In fossis aqua plenis et in arenosis fluviorum ripis frequens.  $\beta$ . locis siccioribus. Jun. Jul. 24.

2) *agrestis*; culmo suberecto, superne scabriusculo, panicula spicata, cylindrica, simplici, glumis calycinis acutis, infra medium connatis. . . . H. 1540. \**Gr. typhoides spica angustiore*. C. B. Th. p. 53. et *longiore*. Cat. 7. A, myosuroides SCHREB. t. 19. f. 2. Leers. t. 2. f. 5.

Rad. fibrosa. Culmi 1—2<sup>3</sup>, trinodes. Vaginæ striatæ, laxæ. Folia basi constricta. Ligula brevis, bifida vel integra. Spica gracilis, teres, virens, cum culmo et foliis sæpe purpurascens; corollis basi geniculato-aristatis.

Vulgatissimus in agris humidioribus, præsertim limosis. In vineis. Etiam in sabulosis Rheni, Wiesæ etc. Majo. Jun. ☉.

3) *pratensis*; culmo erecto lævi, panicula spiciformi sublobata, crassa, villosa, obtusa, glumis calycinis infra medium connatis, corolla calycem æquante. . . . H. 1539. \**Gr. phalaroides spica mollis germanicum*. C. B. P. 4. Prodr. 10. \**Gr. typhoides molle* Ej. Th. 50, ic. Cat. 7. (non autem SCHEUCHZ.)

Rad. fibrosa. Culmus erectus, 1—3', inferne sæpe infractus, nodis atrofuscis. Vaginæ laxæ, superior subventricosa. Ligula brevis, truncata. Folia lata, ad costas marginesque scabra. Spica densa, mollis, sericeo-villosa, ovato-cylindrica, obtusa, ex viridi-argentea.

In pratis circa urbem rarior. In montanis paulo frequentior. Majo - Jul. 2.

**DIGITARIA.** *Cal.* 3-valvis, 1-florus, valvulis corollæ adpressis inæqualibus, tertia minima. *Cor.* 2-valvis. *Sem.* corolla corticatum.

1) *sanguinalis*; (spicis digitatis, erecto-patulis) foliis vaginisque subpilosus, flosculis oblongis, margine pubescentibus. SCHRAD. H. 1526. \* *Gr. Dactylon folio latiore. C. B. P. S. Th.* 114. c. ic. *Cat.* 11. *Panicum sanguinale* L. *Syntherisma vulgare* SCHRAD. *Parpalum sanguinale* DEC. Schreb. t. 16.

β. \* *Gr. Dactylon esculentum C. B. P. S.* (Var. major, spicis 9—13, longioribus, t. Herb. Bauh. et Hag.)

γ. *Gr. Dact. aquaticum. C. B. P. S. Th.* 118.

Culmi primo decumbentes, dein suberecti,  $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$ '. Vaginæ parvis verrucis adpersæ foliaque pilosa. Spicæ longæ, 3—13, subdigitatæ, flosculis secundis ex viridi-violaceis.

In vineis, hortis, agris, ad vias, vulgatissima, β in vineis propriis Jac. Hagenb. (forsan culta; nam semina olim sub idiomate *Himmelsthan* comedebantur). Jul. - Sept. ☉.

2) *glabra*; spicis digitatis, patulis, subquaternis, foliis vaginisque glabris, flosculis ovatis, margine nudis. W. EN. *Syntherisma glabrum* SCHRAD. *Panicum glabrum* GAUDIN. Dig. humifusa W. EN. *Paspalum ambiguum* DEC. Pan. arenarium M. a B. Schrad. t. 3 f. 6.

Priori similis, sed habitu humiliori, culmis magis humifusis, radicanibus, vaginis epunctatis, foliis glabris et spicis rarioribus, 2—3, differt. (Vaginæ tamen ad oras sæpe pilosæ. Cæterum specimina intermedia speciem hanc ambiguum reddunt.)

Ad arcem *Münchenstein*. Inter domum rubram et Augustam secus viam et hinc inde in ipsis urbis plateis, ob similitudinem cum *sanguinali*, olim neglecta. Jul. Aug. ☉.

CYNODON. *Cal.* 2-valvis, 1-florus, valvulis inæqualibus patentibus, corolla brevioribus. *Cor* 2-valvis, compressa, valvulis subæqualibus, interiore angustissima, inclusa. *Sem.* corolla corticatum.

1) *Dactylon*; spicis digitatis quaternis, calyce patentissimo, scabro, foliis margine ciliatis (sarmentis repentibus). W. EN. Hall. 1527. \**Gr. Dactylon folio arundinaceo majus*. C. B. Th. 112. c. ic. *aculeatum forte Plinii*. P. 7. *germanicum* Cat. 11. (et ital. et gall. in herb.) *Panicum Dactyl*, L.

*Digitaria Dactyl.* ALL. *Paspalum Dactyl.* DEC.  
*Digit. stolonifera* SCHRAD. t. 3, f. 9. Scheuchz,  
 t. 2. f. 11. 1.

*β. Gr. D. f. a. minus.* Pin. 8; Th. 113. c. ic. et  
*gr. palustre aculeatum minus.* In herb.

Rad. geniculata, longe repens, sarmentosa.  
 Sarmenta sublignosa, humi repentia, squamosa,  
 ex geniculis infra radículas, supra folia vaginantia  
 vel ramulos spargentia. Vaginæ ad orificium pilosæ,  
 aliàs glabræ. Folia pilosa. Spicæ e viridi - pur-  
 purascentes, patentes, 3—7. Spiculæ secundæ,

In arenosis ad Rhenum C. B. Lach. et Stæhelinus.  
 In insulis Rheni. In munimentis olim nunc rudibus Hü-  
 ningæ. Cl. F. Nees. Jun. - Aug. 4.

**PHALARIS.** *Cal.* 2-valvis, 1-florus, valvulis  
 subæqualibus corolla majoribus. *Cor.* duplex;  
*exterior* 1—2-valvis, *interior* 2-valvis. *Sem.*  
 coroll. interiori corticatum.

1) *arundinacea*; panicula patente glomerata,  
 glumis calycinis obtuse carinatis, corolla exte-  
 riori 2-valvi, brevissima, pilosa. W. EN. H. 1524.  
*Gr. paniculatum latifolium.* C. B. P. 3. Th. 94. c.  
*mal. ic. Cat. 5.* \* *Gr. arundinaceum spicatum.*  
 P. 6. Th. 94. (ad exempl. jun.) *Arundo colorata* W.  
*Calamagrostis colorata* DEC. Schrad. t. 6. f. 5.  
 Leers. t. 7. f. 3.

*β. picta*; \**Gr. panicul. fol. variegato* P. 3.

Rad. repens. Culmi 2—5', glabri Folia plana, arundinacea, glabra, margine scabra. Panicula ampla, longa, flosculis glomeratis, ovato lanceolatis composita, ante et post anthesin contracta, versicolor.

Ad ripas fluviorum abundat. *β.* in hortis colitur. Jun. Jul. 24.

**LEERSIA.** *Cal. o. Cor. 2-valvis, clausa, mutica.*

1) *oryzoides*; panicula diffusa, (vaginata) flosculis triandris, patulis, glumis carina ciliatis. W. H. 1411. *Phalaris oryzoides* L. *Homalocenchrus oryzoid.* POLL. *Asprella oryz.* R. et S. Schreb. t. 22.

Rad. stolonifera, repens. Culmi 1½—2', ramosi, nodis villosis et vaginis tecti. Vaginæ sursum strictu scaberrimæ; suprema laxa, longiore. Folia lata, ad costam orasque aculeato-scabra. Panicula inter supremam vaginam latens, semine maturescente erumpens, vix unum alterumve diem conspicua. Flosculi oblongo-ovati, caduci, albescentes, semper clausi, valvulis cor. carina ciliatis. Cf. ACH. MIEG in Act. helv. IV. p. 307.

Circa Mühlhusium C. B. In rivulis, quibus prata irrigantur, ante portam Riehanam; circa *Kleinriehen*; versus *Hiltelingen*; ad fossam prati Sclopetariorum. In sylvula prope *Altschryler*; versus *Pratteln*. Jul. — Sept. 24.

PHLEUM. *Cal.* 2-valvis, 1-florus, valvulis subæqualibus, mucronato-subaristatis. *Cor.* 2-valvis, mutica, calyce inclusa. *Sem.* liberum, corolla tectum.

1) *pratense*; (panicula spicata) cylindrica, calycibus truncatis, mucronato-aristatis, carina ciliatis, aristis calyce brevioribus. SCHRAD.

$\alpha$ . Spica sæpe longissima, culmo erecto, rariter basi nodoso. H. 1528. † *Gr. typhoides maximum spica longissima*. C. B. P. 4. Prodr. p. 10. c. ic. Th. 49. c. ic. (at. 6. Schreb. t. 14. Leers. t. 3. f. 1.

$\beta$ . Spica inferne sæpe sterili, culmo inferiore infracto, basi quandoque bulboso. \* *Gr. typhoides, culmo reclinato*. C. B. P. 4. Cat. 7.

$\gamma$ . Spica brevi vel brevissima, culmo suberecto, basi semper bulboso. H. 1530. *Gr. typhoides asperum alterum*. C. B. Th. 52. \* *Gr. nodosum spica parva s. tertium*. Fin. 2. Prodr. p. 3. c. ic. Th. p. 20. c. ic. \* *Gr. typh. spica angustiore et brevior*. Herb. Phleum nodosum W. LEERS. t. 3. f. 2.

Culmi in  $\alpha$ . 2—3', glabri, erecti. Folia plana, acutissima, margine scabra. Ligula oblonga. Spica 1½—6", cylindrica, viridis, demum canescens. In  $\beta$ . culmus fortiter infractus, decumbens. Spica inferne sæpe obesa. In  $\gamma$ . culmus 3—8" supra radicem in bulbum, vel plures bulbos

concatenatos incrassatus. Spica sæpe brevissima  
3 — 5 linearis.

α. in pratis frequens. β. ad vias, semitas. γ. in arvis  
locisque aridioribus sterilibus. Majo - Sept. 24.

2) *phalaroides*; panicula spiciformi lobata,  
subcylindrica, glabra, glumis calycinis lanceola-  
tis, obtusis, submucronatis, scabriusculis... H.1531.  
"Gr. typhoides asperum primum. C.B.P.4. Th.51.  
c. ic. bona. Cat. 7. Phalaris phleoides L. Phleum  
Böhmeri SCHRAD. Chilochloa Böhmeri R. et S.  
Barrel. ic. t. 21.

β. glumis ciliatis.

Culmi  $\frac{1}{2}$  — 2', graciles, glaberrimi, purpuras-  
centes. Folia linearia, brevia, acuta, basi obliqua.  
Ligula brevissima. Panicula viridi-purpurascens.

In pratis siccioribus et arvis. β. In der Sandgrube prope  
pontem Wiesæ. Cl. Nees. Majo. Junis. 24.

STIPA. Cal. 2-valvis, 1-florus. Cor. 2-valvis,  
cartilaginosa, valvula exteriori convoluta,  
arista terminali longissima, basi articulata,  
caduca.

1) *pennata*; foliis filiformibus, aristis plumosis,  
basi glabris. L. H. 1514. Gr. sparteum pennatum.  
C. B. P. 5. Th. 70. juba flavescens. In herb.  
Schk. t. 16.



Culmi 1 — 2', cæspitosi. Folia involuta. Corollæ arista prælonga, fere pedalis, primum erecta, postea nutans, inferne nuda, torta, relique parte pilis sericeis albidis patentibus, bifariam dispositis, ornata.

Supra sacellum *Istein* ad saxosa. Majo. Junio. 4.

**MILIUM.** *Cal.* 2-valvis, 1-florus, ventricosus. *Cor.* 2-valvis, calyce inclusa, stigmata penicilliformia. *Sem.* corolla corticatum.

2) *effusum*; panicula verticillata patentissima, floribus ovatis muticis, vaginis æqualibus, glabris. W. EN. H. 1525. \**Gr. sylvaticum panicula milicea sparsa.* C. B. P. 8. Th. 141. *Agrostis effusa* DEC. F. D. t. 1143. Leers. t. 8. f. 7. Schk. t. 11.

Culmi 2 — 4', glabri. Folia longa, plana, mollia, utrinque scabra. Ligula exserta, lacera. Panicula nutans, valde diffusa, pauciflora, pedunculis capillaribus, longis, inæqualibus, subramosis. Spiculæ parvæ, ovatæ, ventricosæ, viridescentes.

In sylvis non infrequens. Majo - Jul. 4.

**AGROSTIS.** *Cal.* 1-valvis, 1-florus, valvulis acuminatis, demum patentibus. *Cor.* vel 1-valvis, vel sæpius 2-valvis, calyce minor, scariosa, decidua. *Sem.* liberum.

\* *Cor. 1-valvis, aristata, arista infra medium dorsi prodeunte.* (TRICHODIUM.)

1) *canina*; paniculæ elongatæ ramis dichotomis trichotomisque, hispidulis, ramulis divergentibus, flexuosis, calycibus acutis, arista dorsali recurvata infra medium proveniente, foliis culmeis radicalibus multo latioribus. SCHRAD. H. 1479. *Gr. supinum paniculatum folio varians.* C. B. P. 1. Th. 12. *Trichodium caninum.* SCHRAD. Agr. rubra Mult. Leers. t. 4. f. 2. F. D. 1443, Scheuchz. agr. t. 3. f. 9. C.

*β.* Arista calycem vix excedente. H. 1481. Agr. vinealis SCHREB. W. SUTER etc. Scheuchz. Agr. p. 143. (excl. C. et J. B. syn.) t. 3. f. 9. D, E.

Rad. subrepens, sæpe stolonifera. Culmi 1 — 2', graciles, suberecti, ex nodis inferioribus plerumque folia fasciculata setacea proferentes. Folia scabriuscula, radicalia angusta vel angustissima, caulina latiora. Vaginæ glabræ. Ligula oblonga, obtusa, tandem lacera. Panicula elongata, erecta. Ramuli flexuosi, capillares, hispidi. Flosculi perexigui, plerumque purpurascens, sæpe ex viridi varii. Arista infra medium dorsi corollæ exeuns, recurvata, calycem duplo excedens. In *β.* culmus adscendens, spiculæ paulo majores, arista tenuissima, infra medium inserta, calycem subæquans. (In meis speciminibus folia glabra,

sub lente tamen hirsutula, et caulina vix latiora sunt, omnia perangusta.) Cæterum gramen variabile a varietate aristata *albæ*, cor. 1-valvi, arista geniculata, infra medium dorsi exeunte, dignoscitur.

Apud nos multo minus quam alibi frequens, in pratis et pascuis depressis, subpaludosis et in agris humidis.  $\beta$ . Legi prope *Issen* et in arenosis udis insularum Rheni. Jun. - Aug. 24.

2) *alpina*; panicula angusta, pauciflora, ramis subdivisis patentibus, glabris, calycibus acutis, arista dorsali infra medium proveniente. SCHRAD. H. 1477. Agr. rupestris DEC. Trich. alpinum SCHRAD. t. 3. f. 4.

Culmi cespitosi, 3—5", tenues. Folia inferiora setacea, complicata. Panicula ante et post anthesin contracta. Ramuli capillacei. Valvulæ calyc. quam in canina paulo majores, sed angustiores, ex violaceo et purpureo-fuscæ; arista quam in *canina* longior, Antheræ maximæ, luteæ.

In summo M. *Beichen* Bad. t. Gmelino. Jul. Aug. 24.

3) *rupestris*; paniculæ ramis subtrichotomis, hispidulis, calycibus acuminatis, corolla apicé (breviter) aristata, arista dorsali supra basin proveniente. SCHRAD. sub *Trichodio*. H. 1478. Agr. festucoides VILL. GMEL, Schrad, t. 3. f. 5. Scheuchz. Prodr. t. 4. f. 1.

$\beta$ . Panicula elongata; *A. rupestris*  $\beta$ , GAUD.,  
*A. filiformis* VILL. DEC.

Culmus priori altior, totum gramen gracilius,  
Folia, pro ratione longitudinis culmi, angustiora.  
Panicula magis patens, pedunculi longiores, te-  
neriores, hispidi et arista ad basin cor. inserta.  
In  $\beta$ . panicula contracta, gracillima, fere filiformis.

Ibid c. anteced.  $\beta$ . in montanīs prope Delemontium-  
Friche-Joset. Jul. Aug. 24.

\* \* Corolla 2-valvis,

† longiter aristata.

4) *Spica venti*; panicula diffusa, petalo exte-  
riori infra apicem arista longissima subflexuosa  
instructo. SCHRAD. H. 1480. \* *Gr. segetum, pani-*  
*cula arundinacea. C. B. Th. 34. 35. c. ic. mala*  
*Cat. 5.* (non SCHEUCHZ. quod ad *Air. cæspit.* refer.)  
F. D. t. 853. Leers. t. 4, f. 1.

Culmus 1 — 4', erectus, glaber. Folia linearia,  
plana, pilosa, scabra. Lig. elongata. Panicula am-  
plissima, diffusa, subsecunda. Pedunculi hispidi,  
semiverticillares, capillares, inæquales. Spiculæ  
exiguæ, virides, rubello mixtæ. Cor. arista tenuis-  
sima, calyce plus 4-plo longior.

Inter segetes vulgatissima. Jun. Jul ☉.

(*Agr. interrupta* investigationes nostras adhuc  
fugit.)

† † Corolla mutica. (VILFA P. de Beauv.)

5) *vulgaris*; paniculæ ramis læviusculis, ramulis divergentibus, capillaribus, floribus lanceolatis (calycibus æqualibus), ligula brevissima truncata, corolla 2-valvi, mutica. WAHLENB. H. 1475. † *Gr. montanum panicula spadicea delicatiore*. C. B. P. 3. *majus*. Prodr. p. 6. Th. 36. Cat. 5. \* *Gr. montanum panicula miliacea sparsa*. *Ejusd. herb.* A. hispida SUT. (excl. syn.) A. stolonifera L. Fl. Suec. (non Spec. plant.) A. capillaris VILL. et GM. (excl. pl. syn.) A. violacea THUILL. (non LEERS.) Hoffm. G. ed. 2. t. 7. f. 1 — 7.

β. Panicula divaricata, pedunculis capillaceis, spiculis ovatis, sparsis, minoribus, pallidioribus vel stramineis. † *Gr. mont. panic. spad. del. minus*. C. B. Prodr. p. 6. Cat. 5. A. tenella et divaricata HOFFM. A. vulgaris β. GAUDIN. A. stolonifera LEERS. t. 4. f. 6.

γ. *pumila*, floribus ustilagine corruptis. H. 1474. A. pumila L. SUT.

δ. *vivipara*. A. sylvatica KÖL. (non Host.) Schrad. t. 2. f. 4. Leers t. 4. f. 3. †.

Polymorpha. Rad. stolonifera, culmi decumbentes, radicanes, 1 — 2½'. Folia linearia, scabra. Vaginæ glabræ. Ligula subnulla, truncata. Panicula florens patens, aliàs contracta. Pedicelli subtrichotomi, capillacei, erecto-patentes, flexuosi,

scabriusculi. Spiculæ paryæ, valvulis calycinis angustis, lanceolatis, (*exterioris* carina apice ciliata) purpurascentibus, vel viridi et violaceo-mixtis, valvulis corollinis inæqualibus, albido-scariosis. Antheræ flavæ. In  $\gamma$  culmi fasciculati, vix digitales, panicula depauperata, patula, spiculis obtusis.  $\delta$ . monstrositas est, ab infusorio *Vibrione* producta.

$\alpha$ . et  $\beta$ . in agris, vineis, arvis, pascuis, ad vias frequens.  $\gamma$ . ad sepes ad introitum pagi *Riechen* J Hagenb. In M. *Wasserfalk*. C. B.  $\delta$ . versus *Wyl*. Cl. F. Nees. Jun. — Aug. 24.

6) *alba*; panicula conferta, ramulis strictis, hispidis, sub flore annulatis, floribus oblongis, ligula oblongata. WAHLENB. (C. B. syn ad vulg. cit. sine dubio etiam huc valent.) *Gr. pratense vulgare spica fere arundinacea*, J. B.

$\alpha$ ; Floribus viridi-cinerascentibus vel albidis. H. 1475.  $\gamma$ . A. *alba* W. Leers. t. 4. f. 5.

$\alpha\alpha$ ; Maxima, panicula perampla, densissima, culmo eximie radicante.

$\beta$ . Floribus purpurascentibus, panicula magis contracta. H. 1473,  $\alpha$  et  $\beta$ . A. stolonifera SUT. GMEL. (nec LINN. nec LEERSII). A. decumbens HALL. FIL. A. hispida WILLD. A. capillaris Leers. t. 4. f. 3. Schrad. t. 2. f. 1.

$\gamma$ . *coarctata* EHRH. (\* )

δ. Floribus infra apicem corollæ obsolete aristatis. *A. dubia* GM? *A. compressa* WILLD. (excl. syn. LEERSII.)

Ab *A. vulgari* distinguitur: Culmis plerumque altioribus, sæpe 3-pedalibus, inferne magis infractis et radicantibus, superne strictioribus, foliis latioribus, firmioribus, magis scabris, panicula ampliore, densiore, pedicellis scabrioribus, sub flore incrassatis, flosculis majoribus, minus acutis, demum canescentibus, præcipue autem ligula exserta.

α. et β. in vineis, ad vias, fossas et in pascuis humidioribus frequens. α. magis locis siccis αα. cubitalis et altior, in humidis Olsbergæ. γ. in pascuis lapidosis prope Säckingen. Cl. F. Nees δ. in monte Dietislerg. Jun.-Aug. 24.

(\*) Cl. F. Nees varietatem γ. ut speciem præfert atque ita describit: Rad. repens. Culmi pedales, graciles, striati, glabri, plerumque binodes, basi ramulos emittentes. Folia pauca, caulina tria, brevia, omnia convoluto-setacea, glabra, marginibus scabriusculis. Vaginæ glabræ, striatæ. Ligula foliorum inferiorum brevissima, superiorum longa, acuminata. Panicula sesqui-biuncialis, sub anthesi patens, ramis capillaribus, flexuosis, scabris, purpureis, inferioribus plerumque senis. Glumæ calycis subæquales, lanceolatæ, acuminatæ, flavo-ferruginæ, exterior carina hispida, interior glabra, utraque uninervis. Gluma corollina exterior calyce brevior, membranacea, trinervis, glabra, mutica, interior structuræ solitæ.

γ) *gigantea* ROTH.; culmo erecto, ligula elongata, spiculis lanceolatis, panicula ampla (elongata)

pedunculis scabris, basi nodosis. GAUD. A. vinealis  $\beta$ . W. A. alba  $\gamma$ . SCHRAD.

Rad. repens, stolonibus erectis. Culmus erectus, firmus, 2—5', lævis. Vaginæ inferiores glabræ, superior scabriuscula, longissima, paniculam sæpe attingens. Folia firma, lata, striata, utrinque retroversu scabra. Ligula obtusa, lacera. Panicula elongata,  $\frac{1}{2}$ —1-pedalis, ante et post anthesin contracta, rachi scaberrima; ramulis scaberrimis, ex nodo incrassato exeuntibus. Spiculæ quam in *alba* acutiôres, viridi-purpurascens vel albidæ, valvula calyc. exter. in mucronem producta, carina exasperata; corolla ut in *alba*, valvula exter. sub apice sæpius breviter aristata.

In montanis elevatioribus non infrequens. In monte *Dietisberg*; prope *Olsberg*. Jul. Aug. 24.

†† Cor. gluma exter. arista inarticulata, tortili, donata. (ACHNATERA P. de Beauv.)

8) *Calamagrostis*; panicula diffusa, petalo exteriori piloso, arista terminali retrofracto-divaricata SCHRAD. H 1521. \**Gr. arundinaceum panicula molli spadicea minus*. C. B. P. 7. Arundo speciosa SCHRAD. Arundo Halleri WILLD. Calamagrostis argentea DEC. Stipa Calamagrostis WAHL. HELY. Scheuchz. gr. t. 3 f. 11. A. B.

Culmi foliosi, læves, 2—3'. Folia arundinacea, firma, glabra, margine scabra, longe acuminata,



Panicula speciosa, longa, contracta. Spiculæ lanceolatae. Calyces splendentes, ex argenteo pallidevirescentes vel pallide spadicei, margine membranacei. Corollæ valvul. exterior pilis sericeis longis spiculæ æqualibus circumvallata. Arista terminalis, tortilis, longa.

In rupibus supra cataractas montis *Wasserfall*. In M, *Vogelberg*, Jul. Aug. 24.

ARUNDO. *Cal.* 2-valvis, æqualis, 1-rarius multiflorus. *Cor.* 2-valvis, pilis persistentibus cincta. *Sem.* liberum, corolla tectum.

\* Calyces 1-flori. CALAMAGROSTIS. P. de B.

1) *Epigejos*; panicula stricta patente, calycibus acuminatis, arista dorsali recta pilis breviori, pilis calycem subæquantibus. SCHRAD. H. 1519. (promiscue cum *laxa*). \* *Gr. arundin. panicula molli spadicea majus*. C.B.P. 7. Th. 94.95. Cat. 10. Ar. Calamagrostis POLLICH. SUTER. Calamagrostis Epigejos ROTH. Schrad. t. 4. f. 1. Scheuchz. t. 3. f. 3. et Prodr. t. 5.

β. Foliis linearibus, panicula angustiore minori. H. 1520.? A. Epigejos SUTER.

Rad. repens. Culmi stricti 2 — 6', superne scabri. Folia rigida, glauca, lineari-lanceolata, longissime acuminata, scabra. Vaginæ striatæ, glabræ vel scabriusculæ. Ligula exserta, fissa. Panicula stricta, rigidiuscula, utrinque acuminata, 1½ — 1'.

Spiculæ congestæ, imbricatæ, subsecundæ, lineares, acuminatæ, ex viridi- vel fusco purpurascens, demum cinereo-fuscæ, pilis corollæ valvulas æquantibus, arista recta tenui, corolla vix longiore. In  $\beta$ . culmus gracilior, minus scaber: Folia 1—2', linearia, minus glauca.

In agris circa *Michelfelden* versus Rhenum. In monte *Crenzach*. In montosis supericribus.  $\beta$ . prope *Olberg*. Jul. Aug. 24.

2) *litorea*; panicula diffusa, subcernua, calycibus acuminatis, corollæ arista terminali pilosa calycemque subæquante, raro parum superante. . . A. *Pseudophragmites* HALL. FIL. A. *laxa*  $\beta$ . WAHL. A. *laxa* HÖST ? Schrad. t. 4. f. 2.

$\beta$ . Major, 5—6 pedalis, culmo crasso, panicula perampla, pedali et ultra. A. *effusa* GMEL. BAD. (c. opt. descript.)

A præcedenti differt: Culmo glabro, nonnisi sub panicula scabriusculo, foliis linearibus, convolutis, facie glaberrimis, dorso scabris, panicula semper patula, diffusa, laxa, apice subnutante, et arista terminali evidentius scabra. Panicula primum virescens, dein purpurascens, fit tandem ex rutilo-fusca, uti in A. *Phragmit.* solenne est.

Ad Rheni ripas et in ejusdem insulis, prope Augustam, Rhenofeldam, *Neudorf*, *Merkt*, etc. In arenosis ad Birsam e regione *Münchenstein*. Lach. pro Epigejo.  $\beta$ . in insula Rheni prope Augustam. Julio 24.

3) *varia*; panicula patente, calycibus acutis, pilis corollam æquantibus, arista dorsali geniculata, calycem vix excedente. SCHRAD. H. 1522. *Agrostis arundinacea* SUTER. GMEL. *A. montana* GAUDIN. *A. auctiflora* et *pseudo-arundinacea* SCHLEICH.

β. Panic. contracta. *Calamagrostis montana* DEC.

Rad. repens. Culmi 1—3', glabri, geniculati, sub panicula scabriusculi, erecti. Ligula oblonga, crenulata. Folia linearia, plana, longe acuminata, retroversu scabriuscula. Vaginæ striatæ, scabriusculæ. Panicula oblonga, erecta, 2—3". Spiculæ ex fusco-viridi-purpureoque variæ. Pili corolla subbreviares. Arista calycem lineæ circiter longitudine excedens, β. gracilior, panicula rariori.

Sub arcibus *Dornach*, *Wallenburg*, *Farnsburg*. In M. *Wasserfall* frequens, ascendendo ex pago *Reigoltswyl*. In M. *Helchen Bad*. β. in M. *Wasserfall*. Jun. Jul. 2.

\*\* Calyces multiflori. (ARUNDO P. de Beauv.)

4) *Phragmites*; calycibus subquinquefloris, flosculis calycem (parum) excedentibus. SCHRAD. H. 1515. \**Arundo vulgaris* s. *Phragmites Dioscoridis*. C. B. P. 17. Th. 269. Cat. 16. Leers t. 7. f. 1. Scheuchz. t. 3. f. 14. Schrad. t. 5. f. 4.

Rad. longe repens. Culmi 5—9'. Folia lanceolata,

acuminata. Ligulæ loco series pilorum brevium. Panicula 1—1½', laxa, diffusa, fusco-purpurea, demum cernua, rutilans. Pili corollæ longi, sericei.

In stagnis et paludibus ubique. Jul. - Sept. 4.

ANDROPOGON. Flor. polygami. *Hermaphr. cal.* 2-valvis, 1-florus, basi pilosus. *Cor.* 2-valvis, valvula altera basi aristata. *Masculi* pedunculati, mutici, solitarii vel gemini, *hermaphrodito* adstantes.

1) *Ischæmum*; spicis subdigitatis, spiculis geminis; mascula pedunculata mutica, fertili sessili, aristata; rachi villosa. GAUD. Hall. 1414. \* *Gr. Dactylon spicis villosis*. C. B. P. 8. Th. 116. Cat. 11. Jacq. a. t. 384. Schreb. t. 33.

Culmus rigidus, nodosus, lævis, 1—1½'. Ligula brevissima, villosa. Folia glauca, scaberrima, ad margines præsertim, basi pilosa. Spicæ 4—9, plumosæ, purpurascens, sub anthesi patentis, alias rachi adpressæ.

Ad fossas siccas, vias, in arvis abunde. Jul. Aug. 4.

PANICUM. Flor. polygami. *Cal.* 2—3-valvis, 2-florus, flosculo altero hermaphrodito, altero neutro. *Cor.* 2-valvis.

\* Panicula spicata; spiculæ setis involucre. (SETARIA P. de Beauv.)

1) *verticillatum*; panicula spiciformi subverticillata, involucellis fasciculato-setaceis, deorsum hispidis, hermaphroditi corollis striatis. . . H. 1543.

\**Gr. paniceum spica asperd. C. B. P. 8. Th. 139. c. ic. Cat. 12. Setaria verticillata R. et S.*

β. Panicula inferne ramosa.

Culmus 1 — 1½'. Pro ligula pili breves. Panicula cylindrica, verticillato-interrupta, sursum strictu scaberrima, viridis; setæ involucelli 2 — 4 spicula 2-plo longiores.

In agris, ruderalis et vineis, sequentibus rarius. *In der Sandgrube* ante portam D. Johannis. In agris prope D. Jacobum. Cl. F. Nees Prope Rhenofeldam. Ante portam Spaleam ad sepes. β. Prope Rhenofeldam. Jul. — Sept. ☉.

2) *viride*; panicula spicæformi sublobata, subcylindrica, involucellis fasciculato-setaceis, sursum hispidis, seminibus minutissime muricatis, . . . Hall. En. 233. N°. 1. \* *Gr. paniceum s. sylvestre spica simplici, C. B. P. 8. Th. 138. Cat. 11.* (promiscue cum seq.) *Setaria viridis R. et S.*

Panicula non sursum strictu scabra. Verticilli quam in priori confertiores. Involucelli setæ 3 — 7, minus rigidæ. Variat spicis purpurascensibus.

In agris, hortis, oleraceis, ad vias ubique. Jul. — Oct. ☉.

3) *glaucum*; racemo subspicato, cylindræo, involucellis sursum hispidis, hermaphroditi corollis transversim undulatis. . . H. 1542. (excl.)

SCHEUCHZ. syn.) *C. B. Syn. ad præced.* *Setaria glauca* R. et S. *P. viride* POLL. Schreb. t. 25. Leers. t. 2. f. 2.

Involucella flava aut rutilo-lutescentia, multi-setosa, setis 9—14.

In agris et juxta vias abundat. Aug. - Oct. ☉.

\* \* Panicula decomposita, racemoso-spicata.

4) *Crus Galli*; racemis spicatis alternis conjugatisque, subdivisis, calycibus subaristatis, hispidis, rachi subquingulari. SM. *Echinochloa Crus Galli* R. et S.

α) Spiculis submuticis. H. 1544. \* *Gr. Sorghii panicula erectum*. *C. B. P. 8. Th. 142. c. ic. Cat. 12.* (ad specimen spicis rarioribus; cf. Lobel. ic. 5.) et \* *Gr. Panicum spica divisa*. *P. 8. Th. 136. Cat. 11.*

β) Spiculis aristatis. H. 1544. β. \* *Gr. pan. spica divisa aristis longis armata*. *C. B. P. 8. Th. 137. c. ic. Cat. 11.* *Panic. Crus Corvi* VILL. Leers. t. 2. f. 3, Schrad. t. 3. f. 8. F. D. 1514.

Caulis obliquus, ramosus 1—3'. Folia lata, mollia, ad oras scabra. Ligula o. Racemus spicatus, secundus, sub anthesi patens. Spiculæ subbinæ, unilaterales, virides vel purpurascens. Sæpe in vagina superiore ramus cum panicula sua latet,

In ruderatis et fossis frequens. Jul. Aug. ☉.

AIRA. *Cal.* 2-valvis, 2-florus, valvulis scariosis, erectis. *Cor.* absque flosculi sterilis rudimento, aristatæ, rarius muticæ.

\* Corolla mutica.

1) *aquatica*; panicula diffusa, glumis obtusis, flosculis calycem excedentibus. SCHRAD. H. 1471. *Gr. caninum supinum paniculatum dulce. C.B.P.1. Prodr. p. 1. Th. 13.* Poa airoides DEC. Catabrosia aquatica R. et S.

Rad. repens. Culmi basi radicanter 1'. Folia plana, lævia. Vaginæ glabræ, laxæ, præcipue quæ natant. Panicula multiflora, erecta, patens 2—4". Spiculæ ovatæ, compressæ, truncatæ, 1—3 floræ, ex purpureo et viridi variæ.

Michelfeldæ. *Im Weierfeld.* Prope Pechhof. Ad ripam Rheni in aquis stagnantibus. Jun. Jul. 24.

2) *cæspitosa*; panicula diffusa, flosculis calycem subæquantibus, arista recta brevi, foliis planis. SCHRAD. H. 1487. *Gr. segetum altissimum panicula sparsa. C. B. P. 3. Th. 34. c. ic. mal. Cat. 4.* (non SCHEUCHZ. quod ad *A. Spic. Ventiref.*) Deschampsia cæspitosa R. et S.

α. Procerior, spiculis minoribus, pallide argenteo-viridibus; A. altissima LAM. A. parviflora THUILL.

β. Humilior, spiculis majoribus, ex viridi, spadiceo vel purpureo variegatis. A. cæspitosa THUILL.

*A. paludosa* WIBEL (non ROTH.) Leers. t. 4. f. 8, Scheuchz. t. 5. f. 2 — 3.

γ. Panicula pauciflora, spiculis majoribus, foliis angustioribus. H. 1493? (excl. annotat?). ? *Gr. palustre paniculatum minus*. C.B.P. 3. Th. 39. Prodr. p. 7. Cat. 5. (cf. Scheuchz. p. 156. et LACHEN. sentent. in Add. ad Hall. stirp. T. II. p. 189.) *A. paludosa* ROTHII?

Rad. multiplex. Culmi 3-nodes, glabri, unà cum foliis radical. fasciculatis cæspitiosi, 1 — 4'. Vaginæ læves. Ligula oblonga, bifida. Folia linearia, plana, dorso glabra, facie scabra. Panicula ampla, speciosa, spiculis splendentibus argenteo-variegatis. In α. spiculæ subtruncatæ sunt, in β. acuminatæ. In γ. culmus 1 — 2', foliis multo angustioribus, vix lineam latis, panicula pauciflora, erecta, pedunculis inferior: longioribus, patenti-erectis, (non flexuosis) super. brevioribus, rachi magis adpressis, spiculis quam in β. parum majoribus, ex viridi-argenteo violaceis. Arista recta ex basi corollæ calycem æquans.

(SCHEUCHZERUS suæ aristam tortam et geniculatam tribuit, et nescio, quid sibi velit pilorum fasciculus in foliorum ortu. Gramen viri summi semper dubium erit. Sed cum beato *Lachenalio* valde suspicor, *Bauhini* gramen ad nostram var. γ. pertinere. Cf. descript. in Prodr. et Th.)



In nemoribus, ad pratorum et pascuorum, præsertim montanorum, rivulos copiose.  $\gamma$ . (? In dumetis humidis circa M. Crenzacensem et Michelfeldæ C. B. ac Stæhelinus.) Ad ripam Rheni, Augustæ et ex adverso arcis Schwörstetten. Jun. Jul. 24.

3) *flexuosa*; panicula patente, ramis flexuosis, flosculis calycem æquantibus, arista geniculata calycem excedente, foliis setaceis (culmo subnudo). W. EN. H. 1486  $\beta$ . *Gr. nemorosum paniculis albis capillaceo folio*. C. B. P. 7. *Prodr.* p. 14. Th. 97. *Cat.* 10. *Aira flexuosa* W. *A. flexuosa*  $\beta$ . GAUD. Leers. t. 5. f. 1. F. D. 1222.

Culmi 1—1½', erecti, glabri, 2—3-nodes. Folia radicalia fasciculata, setacea. Ligula oblonga, fissa. Pedunculi longi, capillares, divaricato-patentes, subflexuosi, sæpe purpurascens. Spiculæ majusculæ, bifloræ, ex albo et purpureo-varix, demum stramineæ. Culmus pedunculi et spiculæ splendent. (*A montanæ* W. sive *flexuosæ*  $\alpha$ . GAUD. apud nos nondum observavi.)

In querceto (olim) prope *Michelfelder* C. B. In sylva *die Hard*. In sylva *Möhlinsi*. Prope *Eadenweiler* Ach. Mieg. Maj. — Jul. 24.

4) *canescens*; panicula patente coarctata, flosculis calyce minoribus, arista apice clavata calyce minori, foliis setaceis. SCHRAD. H. 1483. \**Gr. sparteum monspeliacum vel capillaceo folio*

*minimum*. C. B. P. 5. Prodr. p. 11. et Gr. foliolis junceis oblongis radice alba Th. 72. c. ic. pessima F. D. 1023. Schk. t. 12. Corynephorus canescens R. et S.

Culmi cæspitiosi, adscendentes, 3—8'', graciles, nodis 4 nigrescentibus. Panicula coarctata, erecta; spiculæ splendentes, demum canescentes, ex albido et violaceo virides. Arista exigua, vix conspicua.

Ad mœnia olim et muros urbis; etiam Michelfeldæ a. Fratr. Bauhin. Recentiori ævo evanuit. Jul Aug. 24.

5) *caryophyllea*; panicula divaricata, racemis trichotomis, flosculis calyce minoribus, aristâ geniculata calycem excedente, foliis setaceis, ligula lanceolata, acuta. W. EN. H. 1482. *Caryophyllus arvensis glaber minimus*. C. B. P. 210. Prodr. p. 105. c. ic. pessima, ad plant. vetustam t. Hall (Scheuchz. hoc B. syn. ad gram. t. IV. f. 15. simul et f. 23. trahit. An posterius prioris var.?) Krock. sil. t. 22.

Culmi 3—8'', filiformes, erecti, inferne infracti, sub panicula scabriusculi, nodis 3—4 fusciscentibus. Folia brevia, setacea. Ligula oblonga, acuminata, fissa. Panicula florens admodum divaricata, pedunculis trichotomis. Spiculæ parvæ, ovatæ, 2-floræ, e purpureo et viridi argentæ, demum albescentes. Arista capillaris spicula fere duplo longior.

Non rara ad Birsam. *Auf dem Birsfeld*, juxta *der Hard*. Ad Wiesam, circa *Wyl*, *Crenzach*, *Richen*, *Mutenz*, aliisque locis aridioribus apricis. Majo - Jul. ☉.

MELICA. *Cal.* 2-valvis, 1 — 2-florus, valvulis subæqualibus. *Cor.* calyce vix longiores, ovatae. *Rudimentum* secundæ vel tertię corollæ inter flosculos fertiles. *Spicula* ovata.

1) *ciliata*; panicula (subspicata) coarctata, corollæ infimæ gluma exteriori longe ciliata. GAUD. H. 1517. (excl. syn. *Bauh.* ad  $\beta$ . cit., quod ad *M. Bauhini* refer.) \* *Gr. avenaceum montanum lanuginosum*. C. B. P. 10. *Prodr.* p. 20. *Th.* 156. c. *mal. ic.* Krock. sil. t. 23. (ic. rudis) Scheuchz. t. 3. f. 16.

Rad. repens. Culmi  $1\frac{1}{2}$  — 2', cæspitosi, rigidi, erecti, glabri. Vaginæ scabriusculæ. Folia (radicalia o) angusta, facie glabra, dorso scabra. Panicula 2 — 3'', erecta, spicata, cylindrica, inferne sæpe interrupta, spiculis lanceolatis, ex viridi albidis, splendentibus, primum nudis, deinde, ob corollæ pilos, argenteo-villosis.

Wallenburgi in muris C. B. In M. *Dornach*, *Schauenburg*, supra *Schartenstuh*. Circa *Burg*, *Pfeffingen*. etc. Ad rupes prope *Temiken*. Prope *Istein* et in omnibus rupibus montanis apricis pagi superioris subinde frequens. Majo Jun. 24.

2) *nutans*; petalis imberbibus, panicula racemosa, secunda, spiculis nutantibus, ovatis,

trifloris, flosculo tertio imperfecto. W. EN. H. 1472.

\* *Gr. montanum arenaceum* (in herb.) locustis rubris. C. B. P. 10. Prodr. p. 20 c. ic. Th. 154. 155. c. ic. Cat. 14. *Gr. montan. aren. spicatum*. P. 10. Th. 153. 154. c. ic. ad exempl. junius, spicis viridibus approximatis. M. montana DEC. Schreb. t. 6. f. 2.

Rad. repens. Culmi 1—3', graciles, scabriusculi. Vaginæ scabræ. Ligula 0, sed margo fuscus. Folia linearia, glabra. Panicula pauciflora, laxa, cernua. Ramuli flexuosi, adpressi, inferiores 2-flori. Spiculæ nutantes, ovatæ, obtusæ, ventricosæ, trifloræ, ex fusco-purpurascens.

In sylvis et umbrosis vulgo. Maio. Jun. 24.

3) *uniflora*; petalis imberbibus, panicula secunda, (patente) ramosa, spiculis erectis, ovatis (longe pedunculatis) bifloris, altero imperfecto. SCHRAD. H. 1472. β. *Gr. avenaceum locustis rarioribus*. C. B. P. 10. Th. 155. M. Lobelii VILL. M. nutans POLL. F. D. 1144.

A priori recedit: Habitu graciliore, ligula ex vaginæ latere prodeunte et in dentem subulatum desinente, paniculæ ramis patentissimis, plerumque 1-floris, spiculis minoribus, erectis, 2-floris, altero imperfecto, pedunculato.

Cum priore, sed rarius. Majo. Junio 24.

ENODIUM. *Cal.* 2—4-florus, valvulis inæqualibus. *Cor.* conicæ, calyce multo longiores; suprema sterilis, abortiens; sæpe etiam ejus loco rudimentum informe. *Spiculae* teretes. GAUDIN.

1) *cœruleum* GAUD.; *Melica cœrulea* SCHRAD. *Aira cœrulea* L. *Melica et Molinia cœrulea* R. et S. *Festuca cœrulea* DEC. *Melica cœrul. et atrovirens* THUILL.

α. Majus. H. 1518. *Gr. arundinaceum enode majus montanum.* C. B. P. 7. Th. 96. ic. (In B. herb. huc positum fuit *Poa aquat.*) Leers. t. 4. f. 7. Scheuchz. t. 4, f. 11. 12.

β. Minus. H. 1518. β. *Gr. arund. en. minus sylvaticum.* Th. 97. Cat. 10.

Rad. cæspitosa. Culmi erecti 1'—6', si nodum ad basin excipias, enodes. Folia longa, arundinacea, firma, culmea radicalibus latiora, ad basin marginis pilosa. Ligula villosa. Panicula erecta, coarctata, elongata, ramulis valde inæqualibus, strictis, infer. sub anthesi patentibus. Spiculæ vel majores vel minores, cylindraceæ, acutæ, vel atro-purpureæ, vel ex viridi-purpurascens, demum flavescens.

α. Michelfeldæ. In sylvula Bottmingensi. (Specimina orgyalia, panicula pedali et ultra). In montosis pagi superioris

satis frequens cum  $\beta.$ , quam etiam in nemore Wylensi indicat C. B. Eadem passim occurrit in umbrosis humidis circa urbem. Aug. Sept. 24.

**SESLERIA.** *Cal.* 2-valvis, 2—3-florus, subaristatus. *Cor.* 2-valvis, valv. exter. obtusa, apice aristata. (Involucrum universale polyphyllum. Panicula spicata bracteata.)

1) *cærulea*; panicula spicata oblonga bracteata, spiculis subtrifloris, gluma exteriori 3—5 aristata, aristis brevibus. GAUDIN. H. 1446. \* *Gr. glumis variis.* C. B. P. 10. Prodr. p. 21. c. ic. Th. 158. c. ic. Cat. 14. *Cynosurus cæruleus* L. Jacq. ic. r. t. 21, Sturm. I. 6. F. D. 1506.

Rad. cæspitosa, cæspitibus in fasciculum vaginatum collectis. Culmi glabri 1'. Folia plana, striata, glabra, ad oras scabra; culmea pauca, brevissima. Ligula brevis, truncata. Panicula subsecunda, spicata, ovata vel oblonga  $\frac{1}{2}$ ", nitida, e cæruleo et argenteo varia.

(In gramine tardius denuo florente, culmi foliis humiliores fiunt, spicæ longiores, pallidiores, flosculis magis distantibus, ut plane alienum videatur.)

In M. Schauenburg, Dornach, Plauen Solod., Farnsburg, Dietisberg, Pechberg. Ad ripam Rheni prope Rhenofeldam etc. Prope cænobium Marianum ad petram. In valle Muteti ad radicem primæ arcis. C. B. Apr. Majo 24.

Not. *Sesleria elongata*, quam Cl. Gaudinus in app. ad

Agrostolog. pag. 320 (cf. etiam suppl. Fl. Gall. pag. 280.) ex fide Schleicheri a Cel. Zeihero *Michelfeldæ* detectam affert, nunquam *ibi* lecta fuit, sed ex horto *Carlsruhiano* illi missa, ipso amicissimo Zeihero id nuper denuo mihi asseverante.

POA. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Spiculæ* basi rotundatæ. *Cor.* 2-valvis, valvulis ovatis, acutiusculis, muticis.

1) *aquatica*; panicula æquali diffusa, ramossissima, spiculis lineari-oblongis, compressis, 5—9-floris, radice repente. . . H. 1454. *Gr. palustre paniculatum altissimum. C. B. P. 3. Th. 38. c. ic. Cat. 5.* (Hoc syn. in herb. Bauh. cum illo *Enodii cærulei* commutatum fuit.) F. D. 920. Scheuchz. t. 4. f. 1.

Rad. repens. Culmi 4—6', crassi, læves, superne scabriusculi. Vaginæ striatæ, inferiores glabræ, super. scabriusculæ. Folia lata, ensiformia, dorso et margine scabra. Ligula brevis, obtusa. Panicula  $\frac{1}{2}$ —1', speciosa, recta, ramosissima, multiflora, spiculis concinne distichis, ex viridi-fuscis.

Circa *Crenzach* et *Michelfelden* C. B. Posteriori loco *Lach.* cf. Add. ad Hall. Hist. T. II p. 189. Jul. Aug. 24.

2) *fluitans*; panicula (sub) secunda, divaricata, spiculis linearibus, appressis, 7—11-floris, flosculis obtusis, liberis, 7-nervibus, rad. repente. SCHRAD. H. 1453. \**Gr. aquaticum fluitans multiplici spica.*

*C. B. P.* 3. *Th.* 40. *c. malic. Cat.* 5. *Festuca fluitans* L. *Glyceria fluitans* R. et S. Schreb. t. 3. Leers. t. 8. f. 5. Scheuchz t. 4. f. 5.

$\beta$ . *Vivipara*.

Rad. repens. Culmi glabri, basi radicantes, 1—4', sæpe natantes. Vaginæ immersæ laxæ. Folia angusta, plana, dorso et margine scabra, mollia. Ligula exserta, tenuissima. Panicula 1'—1½', elongata, erecta, subsecunda, ramulis valde inæqualibus, sub anthesi patentibus. Spiculæ cylindricæ, adpressæ, virescentes, valvulis calycinis apice albo-scariosis. In  $\beta$ . flosculi in foliola longa excrescunt.

In fossis aquaticis, locis paludosis et ad rivulos frequens.  $\beta$ . *im Violenbach* prope *Olsberg*. Majo-Julio. 24.

3) *alpina*; panicula diffusa, spiculis ovatis sub-5-floris, ligula foliorum culmeorum lanceolata, acuta, reliquorum obtusa, radice perenni. L. H. 1456.  $\alpha$ . Scheuchz. Prodr. t. 3. ic. minor.

Rad. fibrosa. Culmi  $\frac{1}{3}$ —1', cum foliis cæspitiosi, læves. Folia angusta, apice duriuscula. Vaginæ infer. breves, super. longissimæ. Panicula vel densa, rotundata, vel pedunculis infimis patulis. Spiculæ majusculæ, compressæ, ex viridi, violaceo et luteo variegatæ, valvulis corollinis nervis basi villosis.

In M. *Belchen* Bad. Ach. Mieg. Jul. Aug. 24.



4) ? *laxa*; panicula laxiuscula, ramis flexuosis lævibus, spiculis oblongis trifloris, glumis corollinis villo connexis, rad. repente. WAHLENB. CARP. H. 1457. *Poa laxa* SCHRAD.? *Poa flexuosa* SM. WAHLENB. Scheuchz. Prodr. t. 4. f. 2.

Differt a præcedente: Rad. fibrosa, culmo humiliori 3—4", foliis angustioribus, pro ratione longioribus, panicula racemiformi rariore, flexuosa, spiculis magis ovatis, 2—3-floris.

In M. *Belchen* t. Gmelino. Jul. Aug. 24.

(Egregii viri auctoritas obstat, quo minus de loco natali hujus editiorum alpium incolæ hæsitent.)

5) *trivialis*; radice fibrosa, foliis vaginis culmoque scabris, ligulis elongatis, acutis, panicula pyramidali (diffusa, spiculis sub3-floris). GAUD. H. 1465.? (BAUH. syn. ad *pratensem* etiam hûc, t. hb. HAGENB.) *Poa scabra* KÖL. P. dubia LEERS. t. 6. f. 5. F. D. 1444.

β. Culmis vaginisque glabris. P. *pratensis* LEYS. HALL. P. *trivialis* KÖLER.

A *pratensi* simillima facile discernitur: Var. α. vaginarum, foliorum et paniculæ scabritie exquisita; var. α. et β. insuper, ligula oblonga. Plerumque totum gramen purpurascit.

In pratis, pascuis, arvis, præsertim humidis et ad vias, fossas ubique vulgaris. Majo. Jun. 24.

6) *pratensis*; panicula diffusa, foliis superioribus vagina multo brevioribus, ligula abbreviata, truncata, radice repente (spiculis sub5-floris). GAUDIN.

*α. vulgaris*; foliis omnibus latioribus, H. 1465? (ipromiscue cum *triviali*?) † *Gr. pratense paniculatum majus*. C. B. Th. 28. folio latiore. P. 2. Cat. 4. (cum *triviali*.)

*αα. Minor*; *Gr. prat. pan. medium* P. 2. Th. 30. c. ic. Cat. 4. *Gr. prat. minus* J. B. H. II. p. 542. (Hall. n. 1464., licet syn. congruat, excludendus videtur.) P. gregalis SUTER? P. *pratensis β.* GAUD.

*β. angustifolia*; foliis radicalibus angustissimis, longissimis. H. 1460? 1462? † *Gr. prat. pan. majus angustiore folio*. C. B. P. 2. Prodr. 5. Th. 29. Cat. 4. P. *angustifolia* W. P. *angustifol.* SUT. P. *prat.* II. GAUDIN. LEERS. t. 6. f. 3. Schk. t. 13.

*ββ. setacea*; HOFFM. SUT.

*γ. strigosa*; panicula coarctata, foliis setacéis rigidis, radicalibus brevioribus, sæpe recurvis. H. 1460? (Ob loca natalia.) P. *prat.* III. GAUD. P. *strigosa* HOFFM. P. *trivialis* ROTH. (excl. C. B. et SCH. syn.) P. *angustifolia β.* GMEL. (excl. LEERS. et HALL. syn.)

*δ. anceps* GAUDIN; culmo ancipiti, foliis latis, spiculis coloratis, sub5-floris. P. *sudetica* SCHLEICHERI forsanique multorum.

Rad. repens, stolonifera. Culmi erecti, læves, 1—3'. Folia plana, costa et margine antrorsum scabriuscula, culmea erecta; vaginæ glabræ. Ligula brevis, obtusissima. Panicula scabriuscula, spiculis oblongo-ovatis, acutis, compressis, viridibus vel e viridi-purpurascensibus. In  $\beta$ . folia radicalia longa, culmum sæpe superantia, angustissima, demum involuta, caulina breviora, latiora; in  $\beta\beta$ . æque angusta. In  $\gamma$ . culmus sæpe multo humilior, magis strictus, folia breviora, glaucescentia, rigidiora, convoluto-setacea; panicula erecta, brevior, densior, spiculis majoribus;  $\delta$ . gramin elegans, 2—3-pedalis et ultra, culmo crassiore, inferne ancipiti vel anguloso, foliis multo latioribus, spiculis læte coloratis, majoribus.

In pratis et ad vias vulgatissima.  $\beta$ . prata fertilliora amat.  $\gamma$ . in arvis et collibus apricis, sterilioribus.  $\delta$ . in pratis M. Dietisberg legi. Majo. Junio. 24.

7) *serotina*; radice fibrosa, foliis superioribus vaginas subæquantibus, panicula pyramidali, spiculis ovato-acutis, subtrifloris. GAUDIN. H. 1467. P. palustris PERSOON. SUTER. (non L.) P. trivialis LEERS. t. 3. f. 2.

$\beta$ . Major; Poa palustris. VILL. P. hydrophila THUILL. Poa fertilis. HOST.

Culmi  $1\frac{1}{2}$ —3', erecti, basi declinati, foliosi.

Folia linearia, plana, acutissima, dorso scabriuscula, basi vaginis latiora. Vaginæ subcompressæ, laxiusculæ, scabriusculæ. Ligulæ infer. breves, truncatæ, super. longiores, exsertæ. Panicula elongata, laxiuscula, apice sæpe nutans. Rami graciles, subflexuosi. Spiculæ parviusculæ, ovato-lanceolatæ, acutæ, 2—3-floræ, flosculis e viridi-atropurpurascensibus, apice lutescentibus, valvulis calycinis acutissimis, corollinis subacutis, basi margine villosis;  $\beta$ . culmo et panicula altiori, verticillis 6—7, spiculis 4—5-floris differt.

Cave, ne gramen nostrum cum *P. nemorali*  $\beta$ . vel  $\gamma$ . confundas!

Locis umbrosis humidis.  $\beta$ . ad ripas et in palustribus. v. gr. in dumetis udis ad Wiesam.

8) *annua*; panicula subsecunda divaricata, spiculis oblongo-ovatis, 5—7-floris, flosculis liberis, culmo subcompresso, radice fibrosa. SCHRAD. H. 1466. † *Gr. caninum supinum minus*. C. B. P. 1. Th. 13. c. ic. Cat. 3. (nec SCHEUCHZ., nec VAILL., quod ad *Agr. vulgarem* ref.) ? *Gr. pratense paniculatum minus*. P. 2. Th. 30. 31, t. HALL. (Non autem herbarii; cf. *P. Eragr.*) *album* J. B. H. II. p. 465, ic. P. *annua* SUTERI et *humilis* EJUSD. (excl. EHRH, syn.) Leers t. 6. f. 1. Scheuchz. T. III. f. 17. E.

Culmi dense cæspitosi, glabri, diffusi, oblique

adscendentes, 4—9", subcompressi. Ligula lata, brevis, obtusa. Folia plana, laxa, glabra, superiora transversim undulata. Spiculæ compressæ, virides, sæpe purpureo mixtæ, valvulis calycinis margine albo.

Gramen ad vias, ambulacra et versuras tritissimum. Per totam æstatem ☉.

9) *compressa*; panicula subsecunda diffusa, spiculis oblongo-ovatis, 5—7-floris, basi villo connexis, culmo obliquo compresso, radice repente. SCHRAD. H. 1455. † *Gr. murorum radice repente*. C. B. P. 2. Prodr. 2. Th. 17. Cat. 3. Vaill. t. 18. f. 5. Leers. t. 6. f. 3.

Culmi 1—1½', basi sæpe procumbentes, compressi, firmi, inferne pubescentes. Folia radic. cæspitosa, linearia, exsiccata convoluta, pilosiuscula, culmea brevia. Vaginæ glabræ, compressæ. Ligula brevis, obtusa. Panicula coarctata, erecta. Spiculæ compressæ, ovato-lanceolatæ, acutæ, duriusculæ, virides, sæpe purpurascens.

In agris macilentis, rud. ratis, muris antiquis et in mœniis urbis copiose Jun. Jul. 4.

10) *Eragrostis*; panicula æquali patente, ramis inferioribus ad basin et ramificationes pilosis, spiculis lanceolatis, 9—15-floris, flosculis obtusis, liberis, radice fibrosa. SCHRAD. H. 1450. *var. majus*

*et altius gramen.* \* *Gram. pratense paniculatum minus.* C. B. P. 2. Th. 31. c. ic. mal. (Sub hoc nomine certissime in herb. extat; sed a HALL. ad *annuam* trahitur.) *rubrum* J. B. H. II. 465. ic. Briza Eragrostis VILL. SUTER. Eragr. pœoides R. et S. Schreb. t. 38.

Rad. fibrosa. Culmi cæspitiosi, basi procumbentes, 3—5", debiles, glabri. Folia 5-nervia, brevissima, plana, linearia, ad basin marginis pilosa. Vaginæ pilosæ, orificio barbato. Ligula o. Spiculæ minutæ, lineari-lanceolatæ, concinne imbricatæ, ut serrulatæ videantur, ex viridi et spadiceo vel purpureo variæ. Antheræ rubræ.

Ad sepes juxta dextram viæ versus *Riehn*. Ad Rheni ripam versus magnam Huningam. In siccis ad Wiesam. Extra portas Johanneam et cineream ad sepes Lach. Nuperime in ipsa urbe observavi *auf dem Münsterplatz* ad ædes *die Capelle* dictas. Jun - Sept. ☉.

41) *nemoralis*; ligulis subnullis, foliis basi plicatis, vagina latoribus longioribusque, panicula elongata, corollis subnervosis. GAUD.

*α. vulgaris*; panicula pauciflora nutante, calyce spiculas ovatas subtrifloras æquante, culmo debili, corollis liberis. GAUD. H. 1469. \* *Gr. foliolis junceis oblongis rad. alba.* C. B. in herb. (sed cf. *Air. canesc*) P. *nemoralis* SUTER. Leers. t. 5. f. 3.

*αα* nodis culmeis spongioso-cirrhosis. H. 1469. β. Scheuchz. It. p. 38. t. 5. f. 1. Leers. t. 5. f. 3. β.

*β. firmula*; panicula pyramidali erecta, calyce spiculis subtrifloris brevior, corollis liberis, culmo firmulo. GAUD.

*γ. coarctata*; panicula multiflora elongata, coarctata, spiculis ellipticis acutis subtrifloris, corollis constrictis, culmis cæspitosis. G. II. 1468. † *Gr. caninum vineale*. C. B. P. 1. Prodr. 1. Th. 11. Cat. 3. (non autem SCHEUCHZ.) P. dubia et Scheuchzeri SUTER. *Poa coarctata* DEC. SUPPL.

*δ. montana*; panicula pauciflora nutante, spiculis grandiusculis, sub5-floris, coloratis, culmo debili, corollis subconstrictis. G.

Gramen polymorphum. Rad. repens. Culmi cæspitosi, 1—3', glabri, in *α.* debiles nutantes, nodis fusciscentibus, in *β.* et *γ.* firmiores, stricti, nodis nigrescentibus. Vaginæ glabræ. Folia linearia, plana, angusta, margine scabriuscula, basi vaginis latiora. *Ligula brevissima*. Panicula in *α.* pauciflora, nutans, attenuata, per anthesin patula. In *β.* submultiflora, pyramidalis, semper patula; in *γ.* stricta, coarctata, pedunculis brevioribus; in *δ.* laxa, pauciflora. In *α.* spiculæ virides, in *β.* *γ.* et *δ.* coloratæ, apicibus sæpe purpurascensibus vel lutescentibus. Var. *β.* et *γ.* quandoque pro *serotina* venditant. (Inter varietates allegatas plura adhuc fluctuant specimina intermedia.)

*α.* In sylvis, nemoribus. *αα.* in umbrosis retro villam mediam *Gundeldingen*. Lach. *β.* in nemoribus circa urbem; v. gr. *in den langen Erlen*. Ad *Wiesam*. *γ.* in muris vetustis, mœniis urbis, locis sterilibus planitiei et montium satis frequens. *δ.* ad *Wiesam* prope *Löracum* legi. Jul. Aug. 24.

12) *bulbosa*; panicula (ovata) æquali, diffusa, spiculis ovatis, 4—5-floris, flosculis basi villo connexis, culmo fasciculisque foliorum bulbosis, radice fibrosa, *SCHRAD. H. 1461. Vaill. par. t. 17. f. 8.*

*β.* Floribus viviparis. *H. 1461. β. \* Gr. arvense panicula crispa. C. B. P. 3. Prodr. 6. Th. 32. ic. Cat. 4. P. crispa THUILL. Scheuchz. t. 4. f. 13. A. B. C,*

Rad. fibrosa. Culmi  $\frac{1}{2}$ —1', lævissimi, adscendentes, geniculis inferioribus subinfractis, basi in bulbos incrassati, sæpe purpurascens. Folia radic. fasciculata, brevia, linearia, subincurva, caulina brevissima. Ligula elongata. Panicula ovata, densa, nonnisi sub anthesi patens. Spiculæ magnæ, compressæ, glaucescentes vel e viridi et spadiceo purpurascens. In *β.* flosculi steriles in foliola longiuscula cornuta basi bulbosa excrescunt. Totum gramen haud raro rubescit.

Locis lapidosis; v. gr. versus *Binningen, Mörchenstein, etc.* Ad mœnia urbis inter portas *Spaleam* et *Johanneam*. Ad *Wiesam*. Supra *Birsfeld* juxta *der Hard*. *β.* iisdem in locis multo frequentior, præcipue versus *D, Margaretham*. Circa *der Cliben*. Majo. Jun. 24.



DANTHONIA. *Cal.* 2-valvis, submultiflorus; valvulæ maximæ, concavæ, flosculos subæquantes: *Cor.* 2-valvis, valvula exteriori apice bifida aristata, vel mutica 3-fida.

1) *decumbens*; racemo simplici (spiculis oblongo-ovatis) gluma exteriori mutica, 3-fida, vaginis pilosis. GAUDIN. H. 1434. Festuca decumbens L. Poa decumbens SM. SCHRAD. Triodia decumbens R. et S. Leers. t. 7. f. 5. Scheuchz. t. 3. f. 16. A. B, C.

Rad. fibrosa. Culmi primum decumbentes, dein erecti,  $\frac{1}{2}$  — 1'. Folia plana, glauca, margine dorsoque scabriuscula, rariter pilosa. Ligula truncata, villosa. Panicula racemosa, pauciflora. Spiculæ ovatæ, obtusæ, turgidæ, duræ, e viridi pallide violaceæ.

In udis sylvæ Wylensis. In der Hard. In sylva inter Olsberg et Rheinfelden. In pascuis M. Paschywang. Jul. Aug. 4.

KÖLERIA. *Cal.* multiflorus, 2-valvis, compresso-carinatus. *Cor.* 2-valvis, brevi-aristata, glumis nervosis. (Panicula spiciformis compressa.)

1) *cristata*; panicula spiciformi basi interrupta, glabriuscula, submutica, foliis inferioribus planis, ciliato-pubescentibus. GAUDIN. H. 1444. † *Gr. spica cristata subhirsutum*, C. B. P. 2. Prodr. 8.

*Th.* 4<sup>o</sup>. *Cat.* 5. *Poa cristata* W. SUT. *Aira crist.* L.  
*Fest. cristata* VILL.

*α.* Culmo gracili, 1-pedali, spica oblonga simplici continua, spiculis plerumque muticis.

*β.* Culmo humiliore, spica simplici angustiore, basi interrupta. *Poa gracilis* PERSOON. *P. nitida* LAM.

*γ.* Culmo crasso,  $1\frac{1}{2}$  —  $2\frac{1}{2}$ , spica inferne ramosa, foliis magis pilosis. *Poa pyramidalis* LAM.

*δ. pectinata* PERSOON. Lam. Ill. t. 45. f. 4.

Culmi erecti, glabriusculi, superne longe nudi sæpiusque pubescentes. Folia linearia, rigidiuscula, margine ciliata. Vaginæ scabriusculæ, haud raro pubescentes. Ligula subnulla. Panicula ex viridi et argenteo (subinde et violaceo) varia, splendens, spiculis oblongis, acuminatis, sub-3-floris.

*α.* In pratis siccis, ad colles apricos, vias, frequens. *β.* locis aridioribus lapidosis et in muris antiquis. *γ.* in pascuis sterilibus montosis. *δ.* semel prope *Seven* Cl. F. Nees. Majo. Jun. 4.

BRIZA. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Spiculae* ovato-ventricosæ, distichæ. *Cor.* 2-valvis, ventricosa, glumis cordatis, obtusis.

1) *media*; panicula erecta, spiculis demum cordatis, subseptemfloris, calyce flosculis minori

(ligula brevissima). SCHRADER. Leers. t. 7. f. 2. Schk. t. 14.

α. Major. H. 1448. \* *Gr. tremulum majus*. C. B. P. 2. Th. 22. c. ic. Cat. 4. B. media SUT.

β. Minor. H. 1449. \* *Gr. tremulum minus panicula parva*. Prodr. 4. Th. p. 24. Cat. 4. (non ad *B. minorem* L.) B. minor SUT.

Panicula divaricata, tremula, pedunculis capillaribus, flexuosis, nutantibus et spiculis viridi albo et purpureo coloratis, splendentibus, ovatis, demum subcordatis, distiche imbricatis, subcompressis, facile a congeneribus discernitur.

In pratis et pascuis, præsertim montanis, vulgaris. Majo. Jun. 24.

**DACTYLIS.** *Spiculae* plurimæ in capitulum congestæ, subunilaterales. *Cal.* 2-valvis, multiflorus, valvula majori naviculari, acute carinata, subaristata.

1) *glomerata*; panicula (composita) secunda, glomerata, foliis carinatis. SCHRAD. H. 1512. \* *Gr. spicatum folio aspero*. C. B. Prodr. p. 9. Th. 45. c. ic. Cat. 6. Sturm I. 6. Schreb. t. 8, f. 2.

Culmi rigidi, erecti, scabri, 1—3'. Folia carinata, unà cum vaginis scaberrima. Ligula elongata fissa. Panicula florens patens, aliàs valde coarctata. *Spiculae* 3.—4. floræ, conglomeratæ, virides

vel purpurascens. Valvula calycina major carina ciliata exasperata.

In pratis, pomariis, ad vias, sepes, tritissima.  
Jun. - Aug. 24.

CYNOSURUS. *Cal.* 2-valvis, 2—5-florus, *Cor.* 2-valvis, valvulis lineari-lanceolatis. *Spiculæ* distichæ, bracteatae, bracteis multifidis.

1) *cristatus*; bracteis pinnato-distichis, muticis, racemo spicato (secundo) simplici, lineari. SM. H. 1545. \**Gr. prateuse cristatum s. spica cristata lævi* C. B. P. 3. Pr. 8. Th. 42. Cat. 5. Sturm. I. 4. Schreb. t. 8. f. 1. Schk. t. 15.

Culmi 1—2', graciles, glabri, erecti. Racemus spicatus, gracilis, secundus, 1—1½". Rachis flexuosa. Spiculæ virides, compressæ, distichæ, brevissime pedunculatæ, bracteis subconvexis pectinatis, dorso et margine scabris, suffultæ.

In pratis siccis, pomariis, sylvis, ad vias graminosas.  
Jun. Jul. 24

FESTUCA. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Cor.* 2-valvis, valvulis lanceolatis, *exteriori* acuminata, mutica, aut apice in aristam abeunte.

\* Foliis omnibus complicato-setaceis.

1) *ovina*; panicula coarctata, subsecunda,

spiculis ovatis, subquadrifloris, corollis teretiusculis, foliis tenuissimis, culmo superne tetragono, scabriusculo. . . H. 1442  $\beta$ . † *Gr. foliis junceis brevibus minus*. C.B.P. 5. Th. 73. Cat. 7.

$\alpha$ . Spiculis breviter aristatis. F. ovina SCHRAD. Leers t. 8. f. 3. Scheuchz. t. 6. f. 8.

$\beta$ . Spiculis submuticis. F. tenuifolia SCHRAD. Leers. t. 8. f. 4.

Rad. fibrosa, nigra. Culmi 4 — 12" et ultra, gracillimi, sub panicula scabriusculi. Ligula brevissima biaurita. Folia capillaria, radicalia cæspitosa, numerosissima, (in gramine, quod in sylvis crescit, sæpe longissima) glaucescentia, scabriuscula, culmea pauca, brevia. Panicula erecta, subsecunda, contracta, pauciflora, fere spiciformis. Rachis cum pedicellis scabriuscula. Spiculæ ovatæ, 3 — 4-floræ, exiguæ, glabræ, (flosculorum valvulis tamen plus minus ciliatis,) breviter aristatæ, vel (in  $\beta$ .) muticæ aut brevissime aristatæ, pallide virides vel leviter purpurascentes. Antheræ ut plurimum purpureæ;  $\beta$ . tenerior est et altior.

Gramen alibi vulgatissimum apud nos rarius obvium. Ad Rheni ripas versus Crenzacum C. B. *In der Hard* Ad Rheni ripam versus *Markt, Istein*.  $\beta$ . paulo frequentior, præcipue in sylvaticis. Prope *Olsberg*. Majo, Jun. 24.

2) *intermedia*; culmis strictis lævibus, foliis erectis rigidiusculis, panicula ramosa patente, spiculis ellipticis subquinquefloris. R. et S. H. 1442. *α*. Gr. foliis junceis brevibus majus, radice nigra. C. B. P. 5. Prodr. p. 11. Th. 73. Cat. 7. F. stricta GAUDIN. F. ovina SUT. (excl. syn. LEERSII et SCHEUCHZ.) F. ovina GMEL. (excl. pl. syn.)

*β*. Spiculis pubescentibus. F. ovina *β*. SCHRAD. F. hirsuta HOST.

*γ*. Foliis radicalibus brevissimis, recurvis. Fest. curvula GAUDIN? F. cinerea GM.?

Differt a priori: Culmis firmioribus, strictioribus, lævioribus, inferne sæpe infractis, foliis rigidioribus, setaceis, magis scabris, panicula majore, magis patente, (præsertim inferne,) spiculis majoribus, oblongis, 4—5-floris, arista validiori, manifestius scabra et antheris plerumque luteis. *β*. culmum habet superne quandoque scabriusculum, paniculam contractiorem, spiculas undique hirsutas, 5-floras, valvulis calycinis carina scabris. (Specimina *hirsutæ* foliis et vaginis simul densius pubescentibus inveni in arvis sterilibus ad Rhenum inter *Euph. Gerardianam*.) In *γ*. folia vix biuncialia, rigida, recurva. Spiculæ vel glabræ vel pubescentes.

In pratis siccioribus, arvis locisque graminosis magis

sterilibus et passim in muris vulgaris.  $\beta$ . In montanis præsertim occurrit.  $\gamma$ . In pascuis sterilibus montium editiorum. Apr. Majo. 24.

3) *glauca*; panicula secunda subspiciformi, spiculis lævibus sub 5-floris subaristatis, foliis glaucis, rigidis, subulatis (culmo brevioribus). LAM. ILL.

$\beta$ . Major, spiculis 7 — 9-floris.

Totum gramen amœne glaucum. Rad. fibrosa. Culmus  $\frac{1}{2}$  —  $1\frac{1}{2}$ ', glaber. Folia arcte involuta, radicalia cæspitosa, in fasciculos basi vaginatos disposita, apud nos semper culmo breviora. Folia et vaginæ ætate straminea vel rubella fiunt. Panicula subflexuosa, apice subrecurvo, sub anthesi patens. Spiculæ quam in prioribus majores, glaberrimæ (nec valvulis ciliatis). Antheræ flavæ.

In rupibus prope *Istein* frequens et in arvis vicinis ad Rhenum. Majo. Jun. 24.

\* \* Foliis infer. et fasciculorum complicato-setaceis, culmeis latioribus, planiusculis.

4) *rubra*; panicula secunda, erecta, (sub) patente, flosculis teretiusculis arista longioribus, foliis supra pubescentibus, rad. repente. SCHRAD.

$\beta$ . Foliis latioribus. F. multiflora KÖL. F. prætensis SCHREB.

Rad. repens, stolonifera. Culmus 2 — 3', teres, glaber. Folia radicalia cæspitosa, primum planiuscula, dein complicata, culmea latiora subcarinata, facie incano-pubescentia, siccata convoluta. Vaginæ sæpe pubescentes. Ligula biaurita. Panicula erecta, secunda, subpatens, glaucescens vel purpurescens, demum sæpe unâ cum culmo rubescens. Spiculæ glabræ, 5 — 7-floræ.

In pratis siccis, pascuis, rupibus et muris antiquis passim frequens. Majo. Jun. 24.

5) *duriuscula*; panicula erecta (florente) patente (spiculis sub5-floris) corollis arista longioribus, radice fibrosa. SCHRAD. H. 1437. F. rubra Mult. Leers. t. 8. f. 4.

β. Spiculis glabris, 4 — 5-floris. F. oliganthos GAUDIN.

γ. Spiculis glabris, 6 — 8-floris. F. polyanthos GAUDIN.

δ. Spiculis minoribus, undique pubescentibus. F. dumetorum L.

Rad. dense fibrosa, nigra. Folia viridia vel glaucescentia, radicalia fasciculata, setaceo-involuta, subcrassa, rigida, culmo breviora, intus pubescentia, culmea carinata vel plana, breviora, vix latiora. Culmi erecti,  $\frac{1}{2}$  — 2', teretes, læves. Ligula brevissima auriculata. Panicula erecta, multiflora, florens patens. Spiculæ magnæ, virides,



sive glauco vel violaceo tinctæ.  $\delta$ . ab *intermedia hirsuta* discernitur: Panicula multo ramosiore, spiculis majoribus, magis distichis foliisque culmeis planis.

$\beta$  et  $\gamma$ . in pratis et sylvis ubique.  $\delta$ . in der Hard. Majo. Junio. 24.

(In pratis fertioribus nostris occurrunt specimina, foliis latioribus, in culmo 2'' lauis, spiculis majoribus, 5 — 7 - floris, quæ utique videntur Hall. numero 1435 vel *F. multifloræ* SUR. esse adscribenda.)

6) *heterophylla*; panicula laxa, patula, nutante, foliis radicalibus tenuissimis longissimis, radice (sub) repente GAUDIN. H. 1438.

$\beta$ . Foliis radic. capillari-setaceis.

Culmis altioribus, 2 — 3', foliis glabriusculis, saturate viridibus, radicalibus sæpe longissimis, flaccidis, setaceis, culmeis latioribus, planis vel laxè convolutis, panicula patente nutante, spiculis rarioribus, minoribus, a *F. rubra* et *duriuscula* differt, et a posteriori insuper radice subrepente. In  $\beta$ . folia radicalia ingentes cæspites formantia, fere capillaria, sicut in *F. tenuifolia*; a qua foliis culmeis latioribus, culmo altiori, 2 — 2½', superne nutante, panicula patula, spiculis sub-5-floris aristatis, satis recedit,

In pratis umbrosis inque sylvarum locis gramineis.  
In M. Dietisberg.  $\beta$ . in umbrosis der Hard. Majo - Jul. 24.

7) *bromoides*; panicula secunda erecta, flosculis subulatis aristatis, apice scabris, foliis setaceis vagina brevioribus. SM. Scheuchz. t. 6. f. 10. F. D. 1445.

$\beta$ . Culmo elatiore. F. sciuroides ROTH. *Vulpia sciuroides* GMEL.

Sequenti simillima, sed culmus humilior, superne nudus, in  $\alpha$  2—3 uncialis, in  $\beta$ . semipedalis, folia magis setacea. Panicula brevior, pauciflora, spiculis in  $\alpha$ . approximatis, in  $\beta$ . distantibus. Vix specie diversa.

In der Sandgrube ad pentem Wiesæ. Auf dem Holzplatz ante portam Divi Albani Ad Birsecum. In agris juxta der Hard. Ad Rheni ripam prope Rheinfeiden. Majo. Jun. ☉. ♂.

8) *Myurus*; monandra, panicula spiciformi (secunda) elongata, subnutante, aristis longissimis, foliis angustis involutis. GAUDIN. H. 1443. *Vulpia Myurus* GMEL. Leers. t. 3. f. 5. Scheuchz. t. 6. f. 11.

Rad. fibrosa. Culmi  $\frac{1}{2}$ —2', plerumque cæspitosi, inferne geniculati, vaginis glabris, striatis ad paniculam usque vestiti. Folia radicalia nulla, sed fasciculorum setacea, culmi latiora, siccando convoluta. Panicula longa, secunda, perangusta, apice nutans, ramulis adpressis, inferioribus

distantibus. Spiculæ elongatæ, lineari-lanceolatæ, virides, demum purpurascens, aristis longis tenuissimis exasperatis præditæ.

Ad Rhenum, Wiesam, Birsam, Birsecum, in glareosis aliisque locis aridis, lapidosis, satis frequens. ☉. ♂.

\* \* \* Foliis omnibus planis.

9) *loliacea* CURTIS; racemo spicato, elongato, subnutante spiculis remotis, muticis, dein patentibus. SCHRAD. H. 1452. F. elongata EHRH. Schœnodorus loliaceus R. et S.

Culmi 1 — 2', glabri. Folia linearia, plana. Ligula brevissima. Racemus 2 — 3". Rachis angulosa, scabra. Spiculæ multifloræ, submuticæ, sessiles, alternæ, vel omnes remotæ vel superiores approximatae, compressæ, florentes oblique patentem, ex viridi et albido variæ, ætate stramineæ. Neutiquam cum *lolio perenni* confundenda! An a seq. satis diversa?

In pratis humidis circa pontem Birsæ et Mutetum; prope Olsberg. Majo. Jun. 24.

10) *pratensis* HUDSON; panicula patente ramosa, spiculis lateralibus (glabris sub) muticis, multifloris, foliis linearibus, radice fibrosa. SCHRAD. H. 1451. F. elatior R. et S. Schreb. t. 2. Leers. t. 8. f. 6.

β. Humilior, spiculis rarioribus, brevius pedicellatis, submuticis. F. loliacea LAM. (non CURTIS) F. Phœnix VILL.

γ. Flosculis aristatis.

Culmi 1 — 3', glaberrimi. Folia latiuscula, plana, margine scabra. Panicula erecta, subunilateralis, patens. Rachis cum pedunculis scabra. Spiculæ lineares, compressæ, 5 — 10-floræ, ramis subadpressæ, viridescentes vel purpurascens, rarius aristatæ.

In pratis frequentissima. β. in pratis siccioribus γ. prope *Olsberg*. Jun. Jul. 24.

41) *arundinacea*; panicula ramosissima patula, spiculis paucifloris, aristis brevibus nullisve, culmo erecto, foliis sulcatis (radice repente). GAUDIN. H. 1511. F. elatior SCHRAD. (non L.) Bromus litoreus WILLD. Schœnodorus elatior R. et S.

Differt a priori: Radice repente, culmis altioribus, crassioribus, 2 — 5', foliis arundinaceis, latioribus, rigidis, facie scabris; panicula amplissima, patentissima, pedunculis multo longioribus; spiculis ovato-lanceolatis, demum compressis, 5 — 6-floris, evidentius aristatis.

Frequens ad Birsecum. Inter *Neubad* et *Altschreyler* ad fossas. Prope domum rubram. Locis umbrosis, aquaticis in pago superiori passim abunde. v. gr. in *M. Dietisberg*. Jun. Jul. 24.

12) *calamaria* SM.; panicula ramosissima, sub-coarctata, suberecta, spiculis oblongis submuticis, foliis ensiformibus, radice fibrosa. . . F. sylvatica SCHRAD. *Poa trinervata* WILLD. *Schœnodoros calamarius* R. et S. F. D. 1145.

Rad. multiceps. Culmi ad basin fasciculati, vaginati, 3—4', striati, glabri, cavi. Folia erecta, plana, lata, acuminata, læte viridia, subtus pallidiora, ad costam et margines scabra, fasciculorum sterilium multo angustiora. Vaginæ striatæ, scabriusculæ. Ligula exserta, lacera. Panicula multiflora, sub anthesi erecta, diffusa, dein contracta et apice cernua. Spiculæ oblongæ, angulatæ, submuticæ, glabriusculæ, ex albo virescentes, 3—4-floræ: Valvulæ calyc. corollis breviores, angustæ, exterior acuminato-mucronata, obsolete trinervis.

In M. *Dietisberg*, *Kallen*, *Dürreck*, *Belchen*, *Hummel* etc. In sylvaticis prope *Mühlheim*. Jun. Jul. 24.

\*\*\* Spiculis alternis, in quovis racheos articulo subsessilibus. (BRACHYPODIUM.)

13) *gracilis*; racemo spicato subnutante, spiculis remotius erectis, aristatis, aristis gluma longioribus, radice fibrosa. SCHRAD. \* *Fest. dumetorum*. C. B. P. 10. Prodr. p. 19. Th. 148. Cat. 13. *Bromus dumosus* VILL, *Brachypodium sylvat*, R. et S.

*α.* Spiculis villosis. H. 1432. Br. gracilis *α.* SUT. Br. sylvaticus POLL. Trit. sylvatic. DEC. F.D. 164.

*β.* Spiculis glaberrimis. Br. gracilis WEIG. Obs. t. 1. f. 11.

Culmus 2 — 3', infra paniculam valde attenuatus. Folia quam in seq. molliora, magis villosa, sicut et præsertim vaginæ; nodi magis turgidi, ligula longior, racemus laxior, nutans; spiculæ rariores, 6 — 12-floræ, angustiores, magis acuminatæ, remotiores, inæqualiter patentés, magis villosæ, scabræ, aristis longioribus; anthesis serior. In *β.* spiculæ magis erectæ, glabræ.

In dumetis et sylvis præcipue montanis cum *β.* Jul. 24.

14) *pinnata*; racemo spicato simplici disticho, (erecto) aristis grama brevioribus, flosculis obtusiusculis (radice repente). GAUD. H. 1431. *α.* \**Gr. spica Brizæ majus*. C. B. P. 9. Prodr. p. 19. c. ic. Th. 133. c. ic. Cat. 12. Bromus pinnatus L. Trit. pinnatum DEC. Brom. pinnatus et tigurinus SUT. Leers. t. 10. f. 3. Weig. Obs. t. 1. f. 10.

*β.* Spiculis glaberrimis. H. 1431. *δ.* Brom. gracilis *β.* SUT. Tr. gracile DEC.

Rad. repens. Culmi 1 — 3', erecti, rigidi, glabri, nodis pubescentibus. Folia plana, latiuscula, acuminata, firma, scabra, pubescentia. Vaginæ villosæ. Ligula brevis, obtusa. Racemus suberectus. Spiculæ longæ, 7 — 11 — 17-floræ, teretiusculæ,

alternæ, subremotæ, pubescentes, (vel in  $\beta$ . glabræ) subsessiles, sub anthesi distiche-patentes, alias rachi adpressæ.

Ad sepes, in dumetis, ad margines sylvarum et vias frequens.  $\beta$ . locis montanis haud raro inter priorem. Junio. 4.

**BROMUS.** *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Cor.* 2-valvis, *valvula exter.* plerumque bifida, obtusa, infra apicem aristata.

1) *secalinus*; panicula fructifera apice nutante, spiculis oblongo-ovatis, compressis, nudis, flosculis demum distinctis, remotiusculis, aristis flexuosis gluma brevioribus, foliis subpilosis. SCHRAD. H. 1502.  $\beta$ . *Festuca graminea var. glumis glabris.* C.B.P. 9. Th. 144. Cat. 13. (videtur c. var.  $\beta$ . *grossi*; exsicc. schedulæ antiq. in hb. LACH.) Br. *secalinus* et *pratensis* SUT. (ultim. syn. ad gram. junius; cf. Gaudin. Agr. I. p. 305.) Br. *vitiosus* WEIGEL Obs. t. 1. f. 2. F. D. 1446.

$\beta$ . Floribus submuticis. Br. *arvensis* WEIGEL Obs. t. 1. f. 3.

Culmi 2—4', glabri, teretes, 4—5-nodes, nodis subpubescentibus. Vaginæ striatæ, glabræ. Ligula brevis, lacera. Folia plana, acuminata, dorso margineque scabra, ad oras pilosa. Panicula patens, demum nutans, ramulis flexuosis scabris. Spiculæ nitidæ, striatæ, glabræ, 7—11-floræ,

corollis demum remotiusculis. Totum gramen glauco-virescens.

In agris frumentaceis, sed apud nos sequenti minus frequens. Jun. Jul. ☉.

2) *grossus*; panicula nutante, spiculis (oblongo-lanceolatis) (sub) ventricosis, demum distinctis, corollis depressis, aristis rectis. GAUD.

$\alpha$ . Spiculis pubescentibus. H. 1502.  $\alpha$ . + *Festuca graminea glumis hirsutis*. C. B. P. 9. Th. 143. c. mal. ic. Cat. 13. Br. *grossus*  $\alpha$ . GAUD. Br. velutinus SCHRAD. Br. multiflorus SUT. et GMEL. (excl. syn. WEIG.) Scheuchz. t. 5. f. 9. Schrad. t. 6. f. 3.

$\beta$ . Spiculis glabris. Brom. multiflorus SM. (non WEIG.)

A priori differt: Culmis plerumque humilioribus, nodis fortioribus villosis, foliis longius ciliatis, vaginis pilis brevissimis deflexis obsessis (nec glabris), panicula longiore magis nutante, spiculis plerumque rarioribus, duplo triplove majoribus, minus compressis, 7—14. floris, flosculis demum remotioribus et arista recta. In  $\alpha$ . spiculæ una cum pedunculis et aristis canescenti-villosulæ; in  $\beta$  glabræ, pedunculis scabriusculis. In utraque varietate spiculæ magnitudine varie ludunt et in  $\beta$ . quandoque maximæ reperiuntur.

( $\beta$ . specie non differre evincitur ex eo, quod



spiculæ per gradus pubescentiæ intermedios in var.  $\alpha$ . denique transeant.)

In agris nostris præsertim montanis frequentissimus Jun. Jul. ☉.

3) *mollis*; panicula erecta contracta, spiculis oblongo-ovatis, subcompressis, pubescentibus, flosculis imbricatis, corollarum gluma exteriori apice bifida, aristis rectis, glumam æquantibus, foliis mollissime pubescentibus. SCHRAD. H. 1504. Schreb. t. 6. f. 1. 2. Leers. t. 11. f. 1. F.D. 1324.

$\beta$ . Culmis cæspitosis, spiculis glabris, paucifloris, pedunculis subsimplicibus. Br. mollis  $\beta$ . *Leptostachys* PERSON.

$\gamma$ . Culmo humillimo, panicula depauperata. Br. nanus WEIG. Obs. t. 1. f. 9.

Culmus 2—3', erectus, pilis mollibus deflexis superne pubescens, nodis villosis. Folia cum vaginis canescenti-villosa, mollia. Panicula ovata, nonnisi per anthesin patens. Spiculæ cum ramulis pubescentes, 5—10-floræ, (sæpe spiculæ plures in eodem pedunculo) glauco-virides. (In  $\beta$ . culmus superne non pubescens, sed scabriusculus.) Spiculæ sæpius purpurascens, glaberrimæ. Gluma cor. exteriori constanter apice bifida a Br. *racemose* distinctus.  $\gamma$ . vix pro var. habenda, loco steriliori habitum suum depauperatum debens.

Ad vias, agros, muros, in vineis et ruderatis copiosissime.  $\beta$  locis lapidosis, *in der Sandgrube*, ad Birsam etc. Majo. Jun ♂.

4) *racemosus*; panicula erectiuscula, diffusa, pedunculis (sub) simplicibus; spiculis ovatis (ovato-oblongis) sexfloris, flosculis imbricatis, corollarum gluma exteriori apice (sub) indivisa, aristis rectis glumam æquantibus, foliis obsolete pubescentibus. SCHRAD. Br. *racemosus* SM. Br. *simplex* GAUDIN. Br. *Gaudini* R. et S. MORIS. Herb III. Sect. 8. t. 7. f. 19. (fide SMITHII.)

Culmi ex ima radice plerumque plures, 1—2½', erecti, striati, scabriusculi, nodis atro-fuscis pubescentibus. Vaginæ pilis mollibus subdeflexis pubescentes. Ligula brevis, truncata, erosa. Folia linearia, acuminata, firmula, utrinque molliter pilosa, ad oras scabra. Panicula locis *sterilioribus* pauciflora, *fertilioribus* sæpe multiflora, elongata, ante anthesin erecta, florens apice cernua, patula, 2—8 uncias longa, ramulis plerumque simplicibus, scabris. Spiculæ primum lanceolatæ, subcompressæ, dein ovato-oblongæ, nitidæ, sub lente lævissime pubescentes, pallide virides, sæpe purpurascens, 6—10. floræ, flosculis facile deciduis. Valvula corollina *exterior* 7-nervis, apice obtusa, integra vel bifida, arista recta subflexuosa, hispida, valvulam æquante; *interior* margine pectinato-ciliata.

( In eadem spicula valvulas corollinas exter. apice fissas et integras observavi, ita ut nullus dubitem, *Br. racemos*. SCHRAD. et SMITHII omnino non inter se differre.)

In agris neglectis, pascuis et pomariis.  $\beta$ . locis aridioribus ad vias. Majo. Junio  $\odot$ .  $\sigma$ .

5) *squarrosus*; panicula laxa, apice nutante, spiculis lanceolatis, subcompressis, flosculis arcte imbricatis, aristis primo rectis, dein refracto-divaricatis, foliis obsolete pubescentibus. SCHRAD.

$\alpha$ . Spiculis nudis. H. 1501. \* *Festuca graminea glumis vacuis*. C. B. P. 9. Prodr. 19. Th. 144. Cat. 12. \* *Festuca graminea aristis longis incurvis*. Herb. Br. *squarrosus* WILLD. SUT. GMEL. etc. Scheuchz. t. 5. f. 11.

$\beta$ . Spiculis pubescentibus. H. 1501.  $\beta$ . Br. villosus SUT. GMEL. Buxb. Cent. t. 38. f. 1.

A *Bromo grosso* differt: Statura multo humiliori, semipedali, vix ultra, culmo longe graciliori, vaginis et foliis (imprimis supra), albo-lanuginosis, panicula parva, pauciflora, ramulis indivisis, spiculis lanceolatis, magis compressis et aristis refracto-divaricatis.

Rarus. In muris et tectis olim C. B. Inter segetes prope *Crenzach* et *Wyl*  $\beta$  ad Rheni ripam versus *Crenzach* Cl. F. Nees. Jun. Jul.  $\odot$ .

6) *inermis*; panicula erecta, spiculis linearibus subteretibus, nudis, flosculis imbricatis, muticis vel brevissime aristatis, foliis glabriusculis. SCHRAD. H. 1433. *Festuca inermis* DEC. F. speciosa SCHREB. F. poæformis PERSEON, Schœnodoros inermis R. et S. Schreb. t. 13.

Rad. repens. Culmi  $1\frac{1}{2}$  — 3', erecti, glabri. Vaginæ glabræ, striatæ. Folia linearia, rigida, costa marginibusque scabra. Panicula erecta, sub anthesi patentissima. Spiculæ longæ, angustæ, nitidæ, 5 — 7-floræ, e viridi et spadiceo variæ. Antheræ flavæ.

Rarior. Prope *Wyl* Lach. Prope domum rubram in agris et ad Rhenum inter Rhenofeldam et Augustam Dn. Hodel, Ludimag. Olsbergensis. Jun. Jul. 24.

7) *asper*; panicula nutante secunda, spiculis lineari-lanceolatis, compressis, pubescentibus, flosculis demum remotiusculis, aristis rectis gluma brevioribus, foliis villosis, scabris. SCHRAD. H. 1503? † *Festuca graminea nemoralis latifolia mollis*. C. B. P. 9. Th. 144. 145. (An? Nam in *Theatro* de foliis *Altheæ* adinstar mollibus sermo fit, quum in nostro scabra sunt. An HALL. et BAUH. syn. potius *arvensi* adscribenda?) Br. nemorosus WILLD. VILL. Br. montanus POLLICH. F. D. 1382.

β. Panicula minori, suberecta, spiculis minoribus,

4—6-floris. H. 1506. Br. montanus SUT. GMEL.? Scheuchz. t. 5, f. 16. icon bona.

Culmi cæspitiosi, 2—4', crassi, scabriusculi. Folia longa, lata, scabra, pilis adpressis pubescentia et margine ciliata. Vaginæ scabræ, pilis longiusculis subdeflexis, ad foliorum basin magis confertis, obsessæ. Panicula longa, laxissima. Spiculæ lineares, longæ, 7—11-floræ, scabræ, pilosæ, virides vel purpurascens. In  $\beta$ . culmus superne glaber, pili vaginæ magis deflexi, ad orificium minus conferti, folia minus pilosa, facie subnuda, spiculæ rariores minores, fere ut in *Fest. sylvatica*.

In sylvis et dumetis imprimis montanis frequens. In *der Hard* et prope *Mönchenstein* Hall. In sylvaticis M. Dietmwig passim repperi. Maio. Jun. 24.

8) *giganteus*; panicula apice nutante, secunda, spiculis compressis, lanceolatis, nudis, flosculis imbricatis, aristis flexuosis gluma longioribus, foliis nudis. SCHRAD. H. 1510. Fest. gigantea VILL. Schœnodoros giganteus GAUDIN. inedit. Schreb. t. 11. Leers. t. 10. f. 1. Vaill. t. 18. f. 3.

Culmi 3—6', glabri. Folia basi carinata, longa, lata, firma, scabra, nuda. Vaginæ profunde striatæ, glabræ. Panicula pedalis patens, nutans. Spiculæ parviusculæ, 5—6-floræ, flosculis subremotis, aristis gluma duplo longioribus crispis. Gluma calyc. major, trinervis,

Variat vaginis inferioribus scabris et aristis minus flexuosis.

In sylvis et nemoribus humidis. Jul. Aug. 2.

9) *sterilis*; panicula patula, apice nutante, secunda, spiculis scabris, lineari-lanceolatis, dein flosculorum remotione compressis et superne latioribus, aristis rectis gluma longioribus, foliis pubescentibus. SCHRAD. H. 1505. \* *Festuca avenacea sterilis elatior* s. *Bromus Dioscoridis*. C. B. P. 9. Th. 146. Cat. 13. Br. grandiflorus  $\alpha$ . WEIG. Leers. t. 11. f. 4. Scheuchz. t. 5. f. 14.

Culmi 1 — 2', erecti, glabri. Folia flaccida, pubescentia. Vaginæ pubescentes, præsertim inferiores. Panicula semipedalis, laxa, sparsa, spiculis longissimis, tereti-compressis, scabris, 5 — 9-floris, pendulis, e viridi-purpurascens, arista unciali scaberrima.

In agris, arvis, maceriis, ad vias. Jun. - Aug. ☉.

10) *tectorum*; panicula apice nutante, spiculis compressis foliisque pubescentibus, flosculis demum remotiusculis, aristis rectis glumam (sub) æquantibus. SCHRAD. H. 1508. \* *Festuca avenacea sterilis humilior*. C. B. P. 10. Th. 128. Cat. 13. (non SCHEUCHZ; cf. etiam ACH. MIEG. specim. observ. §. 12.) Br. grandiflorus  $\beta$ . WEIGEL, Hoffm. Germ. ed. I. t. 11. f. 2. Leers. t. 10. f. 2.

Culmi 6—12", erecti, glabri, post anthesin decumbentes. Folia angusta, mollia unà cum vaginis villosa. Panicula palmaris, primum erecta, dein nutans. Spiculæ lineares, demum compressæ, nitidæ, subpubescentes, 5—7-floræ, virides, sæpius uti totum gramen coloratæ.

Ad vias et loca inculta frequens; v. gr. ad ripam Rheni, versus *Crenzach*. Maj. Jun. ☉.

11) *erectus*; panicula erecta, spiculis lineari-lanceolatis, compressis, flosculis imbricatis, aristis rectis gluma brevioribus, foliis fasciculorum angustissimis, ciliatis. SCHRAD. H. 1507. \**Fest. dumetorum foliis angustissimis et pilosis* C. B. P. 10. *Prodr.* p. 19. *Th.* 148. *Cat.* 13. et \**Festuca pratensis lanuginosa*. C. B. P. 10. *Prodr.* 19. *Th.* 148. *Cat.* 13. et teste HALL. (cf. *Aven. pubescentem*.) Br. agrestis ALL. Br. pratensis GMEL. Br. angustifol. M. a BIB. Schœnodorus erectus GAUD. ined. Vaill. t. 18. f. 2. F. D. 1383. Scheuchz. t. 5. f. 13.

β. Foliis vaginisque glabris. Br. montanus FL. WFTTERAV.

γ. Vaginis glabris, panicula majori, spiculis 12-floris, coloratis.

Rad. valida, fere lignosa, fibrosa. Culmi cæspitiosi, erecti, stricti, 2—3'. Folia linearia, acuminata, retrorsum scabra, radicalia angusta, longissima, demum convoluta, pilis patulis ciliata. Vaginæ

super. glabræ, infer. molliter pilosæ. Panicula erecta, spiculis sub anthesi erecto - patentibus, aliàs rachi adpressis, 5 — 11 - floris, e viridi - purpurascentibus. Antheræ aureæ.

Variat porro vaginis glabris et foliis ciliatis, aut vice versa, vel spiculis glabris vel pubescentibus.

In pratis, arvis et ad vias vulgatissimus.  $\beta$ . in montanis magis occurrit.  $\gamma$ . supra *Gempensfuh* Cl. F. Nees. Per æstatem.  $\Psi$ .

12) *arvensis*; panicula demum nutante, spiculis lanceolatis, compressis, nudis, flosculis imbricatis, aristis rectis glumam æquantibus, foliis villosis. SCHRAD. *Festuca graminea effusa juba*. C. B. P. 10. Prodr. p. 19. Th. 144. Br. versicolor POLL. Leers. t. 11. f. 3.

$\beta$ . Major, spiculis majoribus, numerosioribus. H. 1509. excl. syn. VAILL. Br. multiflorus WEIGEL. Scheuchz. t. 5. f. 15. ?

Culmi erecti, glabri, 2—3". Folia plana, pilosa. Vaginæ pubescentes, suprema glabriuscula. Panicula primum erecta, demum subnutans, multiflora, in  $\beta$ . amplissima. Spiculæ parviusculæ, subcompressæ, ovato-oblongæ, acutæ, nudiusculæ, 9—11-floræ, pallide virides, sæpe purpura coloratæ, valvulis marginè argenteo - membranaceis, splendidis.

In pratis, arvis, ad vias, in collibus graminosis vulgaris.  $\beta$ . rarior. Jun. Jul. ☉.



**HOLCUS.** Flores polygami. *Cal.* 2-valvis, 2—3-florus flosculos æquans, flosculo altero submutico, altero dorso aristato.

\* Calycibus bifloris,

1) *avenaceus*; valvulis inæqualibus, glabris, corolla hermaphroditica superiori submutica, mascula arista geniculata refracta. SM. H. 1492.  $\beta$ . *Avena elatior* L. *Arrhenatherum avenac.* R. et S. Leers. t. 10. f. 4. Schreb. t. 1.

$\beta$ . *bulbosus*; H. 1492.  $\alpha$ . \**Gr. nodosum avenacea panicula.* C. B. P. 2. *Prodr.* p. 3. c. ic. Th. 18. *Cat.* 3. *Holcus bulbosus* SCHRAD. *Avena precatória* THUILL. MORIS. III. t. 7. f. 38.

$\gamma$ . *Pauciflorus*, spiculis inferioribus subsessilibus.

Culmi 2—4', erecti, glabri, geniculis glabris. Folia lineari-lanceolata, plana, scabra. Vaginæ striatæ, glabræ. Ligula brevis, ciliata. Panicula erecta, ante et post anthesin contracta, spiculis oblongis, scariosis, splendentibus, albidis vel ex albidopurpurascentibus.  $\beta$ . differt radice tuberibus 2—4 superimpositis composita, culmis geniculis villosis et valvulis calycinis plerumque purpurascentibus.  $\gamma$ . var. memorabilis, panicula paupera, ramulis 1-floris, spiculis inferioribus in rachi subsessilibus.

In pratis frequens.  $\beta$ . in pratis magis arenosis vel spongiosis. v. gr. prope *Olsberg*. In M. *Dictenberg*. In M. *Wasserfall* C. B.  $\gamma$ . am *Violenbach* prope *Olsberg*. Majo - Jul. 24.

2) *lanatus*; panicula æquali, flosculo hermaphrodito inferiori mutico, masculi arista recurvata calyce inclusa, radice fibrosa. SCHRAD. H. 1484. \**Gr. prat. paniculatum molle*. C. B. P. 2. Pr. p. 5. Th. 27. Cat. 4. *Avena lanata* KÖL. Schreb. t. 20. f. 1. Leers. t. 7. f. 6.

Totum gramen tactu molle. Rad. fibrosa, Culmi 2—3', geniculis 3—4 villosis. Folia lata, molliuscula, subvillosa. Vaginæ laxæ, medio subinflatæ, cinereo-tomentosæ. Panicula ovata, subdiffusa, multiflora, ex purpureo vel roseo viridis, dein canescens. Spiculæ ovatæ, compressæ, valvulis calycinis carina nervisque ciliatis.

In pratis, ad vias, in pomariis vulgaris. Majo - Aug. 24.

3) *mollis*; panicula æquali, flosculo hermaphrodito inferiore mutico, masculi arista geniculata, calycem excedente, rad. repente. SCHRAD. H. 1485. *Avena mollis* KÖL. HOFFM. G. t. 12, f. 2. Schreb. t. 20. f. 2. Leers. t. 7. f. 7.

A priori differt: Rad. valde repente, culmis inferne procumbentibus, foliis potius pubescentibus, angustioribus, supremis et vaginis plerumque

nudis; panicula angustiore, contractiore, spiculis ovato-lanceolatis, arista longiore.

In nemore Wylensi, ad viam inter *Riechen* et *Hörnleim* et passim ad sepes. Copiose in der *Hard*. Jun. - Aug. 24.

\* \* Calycibus trifloris.

4) *australis*; panicula subsecunda, pedunculis ad spicularum basin pilosis, flosculo hermaphrodito mutico, masculo inferiori infra apicem brevissime aristato, masculo superiori e dorsi medio aristam geniculatam exserente, radice repente. SCHRAD. H. 496. \* *Gramen paniculatum odoratum*. C. B. Th. p. 36. c. mal. ic. Helcus odoratus *Seckh.* GMEL. GAUDIN. (excl. Linn. syn.) *Avena odorata* SUT. (excl. syn. L. et Fl. Danic.) *Hierochloa australis* R. et S. Sturm. I. 4. Scheuchz. t. 4. f. 26. (t. HALL. et HOFERO.)

Mühlhusiæ. „ In pratis nostris hinter dem Thurm paulo guidem rarius; sed circa *Pulversheim* prata quasi opplet.“ Ita *Hoferus* in Act. Helv. II. p. 152.

AVENA. Cal. 2-valvis, multiflorus. Cor. 2-valvis, valvulis lanceolatis, exteriori dorso geniculato-aristata. Sem. corolla plerumque corticatum.

\* Arista dorsali contorta.

1) *fatua*; panicula laxa, pauciflora, glume

nervosa, corolla barbata, valv. exteriori infra medium longissime aristata. SÉRINGE. H. 1495 (excl. Scheuchz. syn.) *Festuca utriculis lanugine flavescens*. C. B. P. 10. Th. 149. c. ic. Schreb, t. 15. Leers. t. 9. f. 4, Séringe Cer. 16. a.

Culmi erecti, 3'. Panicula ampla, patens, valvula corollæ exterior pilis rufis basi dorsoque tecta; arista nigricans contorta, calyce duplo longior.

Ante portam D. Johannis t. Hallero. Prope *Wyl* et *Liestal* inter segetes. Inter *Teich* et *Gellert*. In agris versus *Mutenz*. In campis inter *St. Jacobum* et urbem etc. Jul. Aug. ☉.

2) *sativa*; panicula æquali, gluma nervosa, glumella (cor.) glabra, valvula exteriori e medio dorsi aristata. SÉRINGE. H. 1494.

α. Corolla alba aristata. \* *A. vulgaris alba*. C. B. P. 23. Th. 469. Hall. nov. Comm. Gött. VI. t. 4. f. 29. Séringe Cer. 14. a. *Weisser Haber*,

αα. Mutica. Séringe Cer. 14. b.

β. Cor. nigra, aristata. *A. nigra*. C. B. P. l. c. Hall. Comm. cit. t. 4. f. 31. a. b. *Schwarzer Haber*.

αα. Mutica, Séringe Cer. 14. d.

• Colitur.

3) *orientalis*; panicula contracta, secunda, gluma nervosa, nervis anastomosantibus, glumella (corolla) glabra, valvula exteriori e medio dorso aristata. SÉRINGE. *Avena racemosa* THUILL. Hall. nov. Comm. Gott. VI. p. 18. t. 4. f. 33. 34. Séringe Cer. 15. Nostr. *Rosmarinhaber. Fahnenhaber.*

Priori altior. Multum seritur, vel pura vel cum sativa mixta.

4) *nuda*; panicula æquali, spiculis subtrifloris calycem excedentibus, flosculis basi nudis, radice fibrosa, annua. SCHRAD. \**Avena nuda*, C. B. P. 23. Hall. l. c. t. 34. f. 34—36. *Welscher Haber.*

Ab *A. sativa* distinguitur seminibus corolla tectis, nec corticatis, quo fit, ut facile e gluma secedat.

Passim colitur, v. gr. inter *Frenkendorf* et *Liestal*. Prope domum rubram. Jun. Jul. ☉.

5) *pratensis*; racemo simplici, spiculis subquinquefloris, flosculis calycem excedentibus, foliis scabris, fasciculorum angustissimis, complicatis, radice fibrosa perenni. SCHRAD. H. 1499. Leers. t. 9. f. 1.

Culmi 1—3', stricti, glaberrimi, longe nudi. Folia radicalia linearia, cæspitosa, vaginata, convoluta, margine scabriuscula, culmea pauca, breviora. Vaginæ striatæ, scabriusculæ. Panicula

spiciformis, erecta, contracta, pauciflora. Spiculæ erectæ, majusculæ, compressæ, scariosæ, splendentes, ex albido purpurascens, 4—7-floræ, arista longa, geniculato-refracta, purpurea.

Rara. In M. Div. Christianæ Lach. In pascuo ad sylvulam Wylensem Cl. F. Nees. Ad vias circa *Planzingen* Vulpius. Majo. Jun. 24.

\* \* Arista dorsali non contorta, valvula corollæ apice bisetosa. (TRISETUM Persoon.)

6) *pubescens*; panicula (subspicata) æquali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem excedentibus, foliis pubescentibus, rad. subrepente. SCHRAD. H. 1498. (In herb. HAGENB. Bauh. syn. *Festuca pratensis lanuginosa*, a SCHEUCHZ. et HALL. ad *Bromum erectum* cit., huic adpositum est. Jure an fortuito? Dubius hæreo.) Avena pratensis GOUAN Monsp. A. sesquitertia L. *Mant.* Trisetum pubescens PERSOON. Leers. t. 9. f. 2, Scheuchz. t. 4. f. 20.

Culmi erecti, glabri, 1½ — 3'. Folia plana, acuta, mollia, pubescentia. Vaginæ laxæ, subcompressæ, inferiores pubescentes. Panicula erecta, multiflora, subpatens, spiculis suberectis, glabris, scarioso-splendentibus, e viridi albo et purpureo variis,

In pratis vulgo. Junio 24.

7) *flavescens*; panicula æquali (ramosissima) spiculis subtrifloris, flosculis calycem excedentibus, gluma corollina exteriori quinquenervi, radice subrepente. SCHRAD. H. 1497. Trisetum pratense PERS. Tris. flavescens R. et S. F. D. 1507.

α. Spiculis minoribus. Schreb. t. 9. Leers, t. 10. f. 5.

β. Spiculis majoribus sub 4-floris. Scheuchz. t. 4. f. 19.

γ. Spiculis nigricantibus. H. 1497 δ. A. sesquitertia SUTER. (excl. LINN. syn.)

Culmi 1 — 2½', erecti, graciles, glabri, nodis villosis. Folia plana, pubescentia. Vaginæ inferiores subvillosæ. Panicula oblonga, multiflora, florens patula, aliàs contracta. Spiculæ parvulæ, compressæ, nitidæ, ex viridi et flavo, rarius spadiceo variæ. Flosculi-basi pilis brevibus cincti.

In pratis, ad vias frequens. Jun. Jul. 24.

SECALE. *Cal.* oppositus, 2-valvis, 2-florus, solitarius. *Cor.* 2-valvis: *valvula exter.* arista longissima. *Sem.* liberum, corolla tectum. (Spiculæ alternæ, in quovis racheos dente solitariæ).

1) *cereale*; calycibus aristisque scabris, glumis floralibus glabris, ora denticulata. W. H. 1421. Schk. t. 19. Séringe Cer. 9. *A. Roggen.*

*α. Secale hybernum vel majus. C. B. P. 23. Th. 425. Cat. 17. Winterroggen.*

*β. Secale vernum vel minus. P. 23. Cat. 17. Sommerroggen. (Non differt observante SÉRINGE.)*

*γ. Spica ramosa. Sec. cereale compositum DEC.*

*δ. Spica gemina.*

Colitur in planitie; in regionibus montanis raro serunt. *γ.* circa urbem Jac. Hagenbach. *δ.* semel prope Olsberg lectum.

(*Secale cornutum.* Germ. *Mutterkorn.* Nostr. *Kornzapfen.* (Sclerotium Clavus Dec.) frequens secali vitium est, granis humida tempestate in longa cornicula excrescentibus et carbonario polline repletis; ex quibus, farinæ mixtis, noxius fit panis.)

**TRITICUM.** *Cal.* 2-valvis, multiflorus, valvulis oppositis, subæqualibus. *Cor.* 2-valvis, valvulis lanceolatis muticis vel apice aristatis. *Sem.* corollæ adnatum, sulcatum. (Spiculæ alternæ, in quovis racheos dente solitariæ, sessiles.)

\* Annua.

1) *vulgare*; spiculis 4-floris, ventricosis, glabris, muticis aristatisve, imbricatis. (spica 4-angulari W. EN.

*α. æstivum*; spiculis aristatis. H. 1422. *β. Triticum æstivum. C. B. P. 21. Th. 358. Séringe Cer. N° 1. a. b. c. d.*



*β. hybernum*; spiculis submuticis. H. 1422. *α.*  
 \* *Tr. hybernum aristis carens*. C. B. P. 21. Th. 352.  
 Séringe Cer. N<sup>o</sup>. 1. e. f. g. h.

Var. hujus *Triticici*, spica alba vel rufa, glabra vel velutina, vide apud SÉRINGE. Mél. bot. Vol. I. pag. 87. seq.

Multum colitur. Majo - Jul. ☉.

2) *turgidum*; spiculis 4-floris ventricosis, pubescentibus, imbricatis, aristatis (vel muticis), flosculo terminali sterili, calycibus obtusis (spica 4-gona inclinata). W. \* *Tr. longioribus aristis spica caerulea*. C. B. P. 21. Th. 372. c. ic. et spica alba. 373. t. syn. germ. (*arabischer* vel *ægyptischer Waizen*.)

*β.* Spica ramosa. H. 1422. *γ.* \* *Tr. multiplici spica*. C. B. P. 21. Th. 371. c. ic. *T. compositum* L. J. B. H. II. p. 407. c. ic.

Var. spiculis aristatis vel muticis, glabris vel velutinis, rutilis vel albidis; cf. Séringe l. c.

Passim colitur; v. gr. circa *Sissach*, *Tenniken*, *Olsberg*. In agris Solod. confin. v. gr. prope *Trimbach*. *β.* inter *α.* copiose prope *Sissach*. (Circa *Olsberg* frequentius occurrit quam var. *α.*; nec aliud inter utramque var. videtur intercedere discrimen, nisi quod a diverso loco natali erit repetendum.) Julio. ☉.

3) *Spelta*; spica subtetragona, inclinata, spiculis laxè imbricatis, gluma truncata, carina subcompressa, rectiuscula, lateribus planiusculis;

seminibus triquetris, longis, acutis, opacis, culmo cavo. SÉRINGE. H. 1424. \* *Zea dicoccos vel major*. C. B. P. 22. Th. p. 413. Cat. 17. Séringe Cer. 5. cum. varietatibus. Nostr. Korn.

Mutica occurrit vel aristata, glabra vel velutina, cinerea vel rubescens, in eodem sæpius agro.

Per totum pagum colitur Junio. ☉.

4) *amyleum* SÉRINGE: glaucescens; spica compressa, adscendente, spiculis arcte imbricatis, (14-floris) gluma in mucronem latiusculum prolongata, carina compressa valde prominente, curvata, lateribus convexiusculis, seminibus triquetris, longis, acutis, gibbis, opacis, culmo solido (?). SÉRINGE. \* *Zea amylea vel Zeopyron amyleum*. C. B. P. 22. Cat. 17. *Zea amylea seu Olyra* Ej. Th. 412. Tr. dicoccon SCHRANK. Nostr. Emmern; (quod nomen jam notavit C. B. in Cat. et Th. l. c.) Séringe Cer. 6. (A HALLERO fuit omissum. An *Olyra* veterum?)

Racheos fragilis nodi ad spicularum basin barbati. Spiculæ glabræ, apud nos semper, aristatæ. Culmum, ut in priori, omnino cavum observavi.

In agris lapidosis montanis pagi superioris multum seritur. Julio. ☉.

5) *monococcon*; flavescens; spica compressa, arcte imbricata, gluma inæqualiter bidentata,

bicrenata, subnervosa, valvula interna lineari obtusa, seminibus oblique triquetris, subpelucidis. SÉRINGE. H. 1425. † *Zea prima quod Zea* *απλή* Diosc. quod simplicis sit grani. C. B. *Phytopin.* p. 48. \* *Zea briza dicta s. monococcus germanica.* P. 21. Th. 415. c. ic. Cat. 17. Séringe Cer. 7. Nostr. *Einkorn. Eichern.*

Spica concinne disticha, quam in priori gracilior. Spiculæ itidem minores; superne plus minus hirsutæ. Racheos nodi nudi.

6) *Halleri*; culmo stricto, foliis angustissimis, spica simplici, spiculis alternis, linearibus, teretiusculis, adpressis, muticis, 5 — 9-floris. . . . H. 1430. (excl. syn.) Tr. tenellum W. Tr. Lachenalii GMEL. *Brachypodium Halleri* R. et S.

Rad. annua. Culmi  $\frac{1}{2}$  —  $1\frac{1}{2}$ ', cæspitosi, tenues, stricti, striati, nitidi, nodis 4 nigris præditi. Ligula fere nulla, auriculata. Folia brevissima, angustissima, siccando convoluta, ad margines, uti vaginæ sub lente, lævissime hispida. Spica longa, gracilis. Rachis flexuosa. Spiculæ parvæ, 5 — 9 — 13, raro 18, alternæ, sessiles, dissitæ, ovato-lanceolatae, acuminato-acutæ, erectæ, glabræ, nitidæ, subcompressæ, pallide virides, flosculis 3 — 5 — 9, arcte imbricatis, muticis. Calyx valvulis inæqualibus, sæpe patentibus, spicula ipsa duplo triplove brevior.

In agris inter segetes circa *Wyl* passim ad dextram et sinistram viæ. Jun. Jul. ☉.

\* \* Perennia.

7) *repens*; spica disticha, glumis calycinis (acuminatis) subquinenerviis, 4—8-floris, flosculis muticis aristatisve, rad. repente. SCHRAD H.1426. *Gramen caninum arvense s. Gr. Dioscoridis. C.B.P. 1. Th. 7. ic. mal. Cat. 3. Agropyron repens P. de BAUV. Schreb. t. 26. c. var. Nostr. Quecken.*

α. Calycibus corollisque breviter aristatis. \* *Gr. latifolium spica triticea latiore. C. B. H. sicc. Tr. Vaillantianum WULFEN. Schreb. t. 26, f. 6. Vaill. t. 17. f. 2.*

β. Spiculis 4-floris, inferioribus sæpe geminis vel ternis, calyc. muticis, corollis acuminatis. H.1427. \* *Gr. latifolium spica triticea latiore compacta. P. 8. Prodr. p. 18. Th. 131. N°. 2. c. ic. Cat. 12. Trit. arvense SCHREB. Fl. Erlang. et Gram. t. 26, f. III. f. 1. Leers. t. 12. f. 3.*

γ. Altum, spica longa, spiculis maximis suboctofloris subaristatis, solitariis vel binis, foliis latis, pilosis H. 1427. β. \* *Gr. latifolium spica triticea divulsa. P. 9. Prodr. p. 18. Cat. 12. Tr. dumetorum SCHREB. Fl. Erl. et Gr. t. c. f. II. IV. f. 3.*

δ. Spiculis oblongis subsexfloris, mucronatis, calycibus subulatis. H. 1427 ε. *Gr. angustifolium*

*spica triticea compacta*, P. 9. Prodr. p. 18. Th. 131. N<sup>o</sup>. 3. Cat. 12. Tr. subulatum SCHREB. Fl. Erl. et Gram. t. 26. f. 5. 7.

ε. Spiculis longius aristatis, sub5-floris, corollæ aristis illis calycis longioribus. H. 1427 γ. et δ. Tr. sepium THUILL. Tr. Leersianum SCHREB. Fl. Erl. et Gram. f. 7. 8. Leers. t. 12. f. 4.

ζ. Spiculis villosis, Br. villosus SCOPOLI.

Gramen polymorphum quoad spicularum formam. Pariter variat colore, vel viridi nimirum vel glauco. A. congeneribus mox discernitur radice longe lateque repente, articulata, alba, hortisque flagitio. Ab *intermedio* et *pungente*, culmis nodisque crassioribus, et foliis planis non rigidis, radice minus late repente etc.

Ubique ad sepes, in hortis, cultis, macilentis etc. γ. am *Reckholderberg* prope *Olsberg*. Majo - Jul. 24.

8) *intermedium*; spica distichâ, calyce corollisque obtusis (vel acutiusculis) carinatis, foliis apice involuto-pungentibus, radice repente. GAUD. Hall. sub 1428. \* *Gr. angustifolium spica tritici muticæ simili*. C. B. P. 9. Prodr. 18. (c. ic. mal. p. 17.) Th. 132. (c. ead. ic.) Cat. 12. Tr. intermedium α. GAUDIN. Tr. junceum SUTER. GM. (an L.? secundum M. a B. SUPPL. videtur.) Tr. rigidum SCHRAD. *Agropyrum rigidum* R. et S.

Totum gramen glaucescens. Rad. repens, articulato-nodosa, tunicata, straminea. Culmi  $1\frac{1}{2}$ —3', erecti, rigidi, cum sterilibus in fasciculos vaginatos collecti. Vaginæ striatæ, retro strictu scabriusculæ, infima fatiscens, sæpe pubescens. Ligula brevissima truncata. Folia angusta, rigidula, subdistiche patentia, facie striata, scabriuscula, (in nostr. exempl. nunquam pilosa) margine scabra, dorso pallidiora, glabra, basi plana, demum omnino convoluta, apice pungentia. Spica 3—5" longa, erecta, rigida. Rachis margine acuto hispida. Spiculæ alternæ, superiores approximatae, inferiores remotiusculæ, (spica tamen non interrupta) primum teretes, dein compressæ, obtusæ, retro strictu scabriusculæ. Valvulæ calycinæ inæquales, 7—9, striato-sulcatæ, obtusæ vel acutiusculæ, muticæ, margine, sicuti flosculorum obtusorum carina apice, scabris.

In arenosis ad Rheni ripam infra parvam Hüningam et ex adverso prope *Neudorf* copiose; circa *Merkt*. Inter Rheno-feldam et Augustam et in insula Rheni ibidem. Jun. Jul. 24.

9) *pungens*; spica continua, rachi hispida, spiculis alternis distichis, glumis calycinis æqualibus acutis, 5—7-nervibus, corollinis brevissime mucronatis, foliis basi planis, apice margineque convolutis, rigidulis, pungentibus, radice repente. R. et S. sub *Agropyro*. Tr. *pungens* LOISEL. Tr. intermedium  $\beta$ . GAUD.

Differt a priori: Culmo inferne plerumque infracto, vaginis glaberrimis, foliis latioribus, basi et medio planis, longius acuminatis, spiculis magis viridibus et valvulis calycinis acutis, subæqualibus. Transit ad *T. repens*.

Ad Rheni ripam. Ad sepes viæ inter portam Riehanam et Blasianam. Julio 24.

10) *caninum*; (spica subnutante) glumis calycinis brevius aristatis, subquinquefloris, flosculis (longe) aristatis, radice fibrosa perenni. SCHRAD. H. 1429. \**Gr. spica secalina*. C. B. Pr. p. 18. Cat. 12. (Hoc syn. a HALLERO, non autem SCHEUCHZERO, ad *Hordeum pratense* trahitur. Cur BAUHINUS gramen suum agrorum frumentaceorum incolam reddat, nescio; nec *H. pratense* inter segetes provenit.) *Elymus caninus* L. Fl. Suec. *Agropyron caninum* R. et S. Leers t. 12. f. 4. II. F. D. 1447. Sckh. t. 19.

Culmi 2—4', erecti, glabri, inferne sæpius infracti. Folia lineari-lanceolata, plana, scabra. Vaginæ teretes, striatæ. Spica 3—6-uncialis, gracilis, disticha, primum erecta, dein nutans. Rachis flexuosa, scabra. Spiculæ sessiles, alternæ, oblongo-lanceolatæ, teretes, virides, scabræ. Calyx profunde striatus, breviter aristatus, flosculorum aristis plus duplo corolla longioribus, purpurascens.

In sylvis montanis frequens. Julio 24.

**LOLIUM.** *Cal.* lateralis, 1-phyllus, (supremo excepto, qui bivalvis est) fixus, multiflorus. *Cor.* 2-valvis, valvula *inferiori* apice mucronata vel setigera, *superiore* bifido-dentata. *Spiculae* compressæ. *Sem.* corticatum.

1) *perenne*; spica mutica, spiculis calyce longioribus, radice perenni. W. H. 1416.

α. *vulgare*; Hall. l. c. α et δ. *Gr. loliaceum latifolium spica angustiore.* C. B. P. 9. Prodr. p. 19. Th. 127. Cat. 13.

β. Culmo gracili, spiculis 3—4-floris. H. 1417. 1418.

\* *Gr. loliaceum angustiori folio et spica.* C. B. P. 9. Th. 127. Cat. 13. *Lolium tenue* W. (non L.) *Lol. Halleri* GMEL. *Lol. tenue et remotum* SUTER. *Lol. perenne* β. GAUDIN. Leers. t. 12. f. 1. Schreb. t. 37.

γ. *confertum*; spiculis in summitate congestis.

δ. *compositum*; H. 1416 γ. spica lata, ex plurimis spicis duplice versu dispositis constante. *Lolium perenne* γ. SUTER. GAUD. Scheuchz. Agr. t. 1 f. 7. D.

ε. *ramosum*; Leers t. 12. f. 1. †

ζ. Spiculis 9—12-floris, calyce plus 2-plo longioribus. (An *L. multifi.* LAM. huc revocandum?)

Rad. fibrosa, perennis. Culmi adscendentes, 1—1½', glabri. Spica elongata, disticha, compresso-plana, rachi flexuosa, spiculis alternis oblongo-



ovatis vel lanceolatis, glabris, muticis, plerumque 5—9. floris, flosculis calycem superantibus.

Ad vias, sepes, muros, agrorum margines etc. vulgatissimum.  $\beta$ . ad Birsam, Birsecum et agrorum contiguorum oras. Prope Augustam.  $\gamma$ .  $\epsilon$ . rarius occurrunt, præcipue ad semitas per agros ducentes circa *Wyl*. Prope *Olsberg*.  $\delta$ . inter urbem et *Laufen* Gagnebin. Mühlhusiæ *Hofferus*. Jun. — Aug. 24.

2) *arvense*; spica submutica, spiculis calycem æquantibus, radice annua. SCHRAD. H. 1420  $\beta$ . *C. B. syn. ad L. temulentum* var. *sincaristis* et *Th.* 122. B. *Lol. tenue* M. a B. *Moris*. H. III. Sect. 8. t. 2.

Rad. fibrosa, annua. Culmi quam in priori altiores, erecti, stricti, superne scabriusculi. Vaginæ infer. glabræ, superiores scabriusculæ. Folia glabra, ad oras scabra. Spicæ 6—8" longæ, spiculis adpressis, alternis, flosculis 5—7, muticis, oblongis, subturgidis, calycem subæquantibus. Intermedium quasi prius inter et sequens.

In agris, præsertim Lino consitis, haud infrequens. Jul. Aug. ☉.

3) *temulentum*; spica aristata, spiculis calyce brevioribus, corollis ellipticis, culmo superne scabro. SM. H. 1420. † *Gr. loliaceum spica longiore* C. B. P. 9. *Cat.* 12. s. *Lolium Dioscoridis*. *Th.* 121. c. ic. *Lolium remotum* HOFFM. (non Sut.) *Leers* t. 12. f. 2. *Schreb.* t. 36.

Rad. annua. Culmi 2—3', erecti, crassi, superne scabri. Vaginæ scabriusculæ. Folia plana, margine scaberrima. Spica longa, stricta, rachi flexuosa, scabra. Spiculæ adpressæ, alternæ, oblongo-ovatæ, pallide virides, flosculis 5—7 aristatis calycem muticum subæquantibus.

Inter segetes, præsertim locis humidis, flagitium. Jun. — Aug. ☉.

ELYMUS. *Cal.* lateralis 2-valvis, geminus aut ternus, 2—3-florus. *Cor.* 2-valvis, subæqualis, valvulis lanceolatis, *exteriori* acuminata mutica vel apice in aristam desinente. *Sem.* corolla corticatum.

1.) *europæus*; spica erecta, spiculis ternis, 1—2-floris, aristatis, scabris, calycibus lineari-subulatis, aristatis, spiculas æquantibus, foliis planis, glabris, (?) vaginis pilosis. W. EN. H. 1537. \* *Gr. hordeaceum montanum. s. majus. C. B. P. 9. Th. 135. Cat. 12. Hordeum sylvat. VILL. THUILL. Hord. cylindricum MURRAY. Prodr. gott. Scheuchz. Prodr. tab. I. f. 1. (Cf. bon. descript. in ACH. MIEG. Obs. Bas. 1753. §. 11.)*

Culmi erecti, rigidi, glabriusculi, 1½—2', geniculis 3—4 fuscis. Folia flaccida, plana, lata, scabra. Vaginæ pilis deflexis pubescentes. Ligula brevissima, truncata. Spica cylindrica, 1½—3". Spiculæ rachin obtegentes, virides, breviter pe-

dicellatæ, lanceolatæ, eodem ex racheos nodo ternæ, sub1-floræ. Valv. calycinæ 2, rigidæ, angustæ, breviter aristatæ. Cor. exterior apice longe aristata.

In M. *Wasserfall* C. B. In sylvaticis M. *Hauenstein*, prope *Neunbrunnen* et *Langenbruck*. In M. *Schafmatt*, *Hummel* etc. In sylvaticis montanis prope *Laetel*. Jun. Jul. 24.

HORDEUM. *Spiculæ* 3, in quovis racheos dente parallelæ, 1-floræ. *Cal.* lateralis 2-valvis, 1-florus, ternus, flosculo *intermedio* hermaphrodito, *lateralibus* masculis f. neutris. *Cor.* 2-valvis, *valvula exteriori* apice aristata 5-nervi, *Sem.* corolla corticatum.

\* Genuina.

1) *vulgare*; spica cylindræa, laxa, elongata, nutante, spiculis inæqualiter hexastichis, rachi longa flexili. SÉRINGE. H. 1533. † *Hordeum polystichon vernum*. C. B. P. 22. Th. 439. c. ic. Cat. 12. Hall. nov. Comm. 9. VI. t. 2. f. 18. 19. 20. Séringe Cér. II. Nostr. *Wintergerste*.

β. Seminibus nudis, spica flavescente. *Zeopyron* s. *Triticospeltum*. C. B. P. 22. Th. 423. c. bon. ic. *Hordeum cœleste* L. Hall. Comm. cit. t. 2. f. 21. *Nackte Gerste*.

Ordines spicularum duo oppositi cæteris erectiores sunt.

Multum seritur, β. autem nonnisi ab amatoribus. Jun. ☉.

2) *hexastichon*; spica ellipsoidea, densa, rigida, adscendente; spiculis divergentibus, æqualiter hexastichis, rachi brevi rigida. SÉRINGE. H. 1534. \**Hord. polystichum hybernum*. C.B.P. 22. Th. 439. c. ic. Cat. 17. (Perperam hoc syn. ab autoribus ad prius citatur). Hall. Comm. cit. t. 2. f. 22. 23. Séringe Cér. 10. Nostr. *Knopfgerste*. *Sechszeilige Gerste*.

Passim colitur. v. gr. versus *Liestal*, *Sissach*, *Gelterkinden*, *Tenniken*. Etiam circa urbem. Junio ☉. et ♂.

\* \* ZEOCRITA. Floribus lateralibus masculis aut neutris.

3) *distichon*; spica compressa, lateralibus parallelis, aristis erectis adscendentibus. SÉRINGE. H. 1535. *Hord. distichon*. C.B.P. 23. Th. 440. c. ic. Cat. 17. Hall. Comm. cit. t. 3. f. 24. 25. Séringe Cér. 12. *Sommergerste*, *Futtergerste*.

Spica valde compressa, ut disticha videatur, licet sit hexasticha. Aristæ longissimæ, Variat spica longiore, laxiore.

Multum seritur. Junio ☉.

4) *Zeocriton*; spica compressa, pyramidali, aristis valde divergentibus. SÉRINGE. *Zeocryton s. Oryza germanica*. C.B.P. 22. Th. 421. J. B. H. II. p. 429. c. ic. Schreb, t. 17. Hall. l. c. t. 3. f. 26. Séringe Cér. 12. *Bartgerste*. Nostr. *Fischlingerste*.

*Aristæ longissimæ, patentissimæ.*

Olim colebatur sub idiomate *deutscher Reis*. Nunc a solis amatoribus passim scribitur. Majo. Jun. ☉.

5) *murinum*; glumis calycinis intermediis linearilanceolatis, ciliatis, exterioribus setaceis, scabris. SCHRAD. H. 1536. \* *Gr. hordeaceum minus et vulgare*. C. B. P. 9. Th. p. 134. c. ic. Cat. 12. F.D. 629. Schk. t. 19.

Culmi basi procumbentes, 1—1½'. Spica 2—3", subcompressa, subhexasticha, viridis, erecta, denique inclinata. Antheræ flavæ.

Ad muros vulgare. Aestate ☉.

6) ? *pratense*; flosculis lateralibus masculis brevius aristatis, glumis calycinis omnibus setaceis, scabris. SM. H. 1538. H. secalinum SCHREB. SUTER. H. maritimum ROTH. H. murinum β. L. SPEC. H. nodosum M. a B. Vaill. t. 17. f. 6.

(C B syn., a HALLERO huc allegatum, in herb. ad *Tr. caninum* positum est. Recentiori ævo *H. prat.* apud nos frustra quæritur et vir summus haud recte citat MIEGIUM; utpote qui in nota marginali ad illius Nomenclatoris numerum citatum sequentia fatetur: „*Ego Trajecti ad Mosam in prato repperi, nunquam Basileæ, quod falso de me indicaverat HALLERUS.*“)

? In agris frumentaceis olim. C. B. †

## T R I G Y N I A.

**MONTIA.** *Cal.* 2—3-phyllus. *Cor.* 1-petala, 5-partita, irregularis. *Caps.* turbinata, 1-locularis, trivalvis, trisperma.

1) *fontana*; fol. oblongo-ovatis, subcarnosis, pedunculis ternis, 1-floris (fructiferis deflexis). **CURTIS.** H. 301.

*α.* Major. \* *Alsine palustris minor folio oblongo.* **C. B. P.** 251. *Prodr.* p. 118. *Mont. rivularis* **GMEL.** *M. fontana β.* **L. Michel.** Gen. t. 13. f. 1. **Vaill.** t. 3 f. 4.

*β.* Minor. *Portulacca arvensis.* **C. B. P.** 288. *M. minor* **GM.** **Michel.** t. 13. f. 2.

Planta succulenta. Caulis debilis, dichotomus, in *α.* palmaris, radicans, decumbens, in *β.* 1—2 uncialis, magis erectus. Folia opposita, crassa, integerrima. Flores parvi, albi, sub æstu aperti, post anthesin nutantes.

*α.* Ad Wiesam. Ad rivulos et prata rigua Montis *Belchen Bad.* *β.* in glareosis humidis frequentior. v. gr. ad Wiesam in scrobibus aqua plenis. *Michelfeldæ.* In rivulo supra *Oberwylter* **Miegius.** *Mühlhusiæ.* Majo - Aug. ♂.

HOLOSTEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* 5. *Caps.* 1-ocularis, subcylindrica, apice dehiscens.

1) *umbellatum*; floribus umbellatis, pedunculis 3—7, pubescentibus, viscidis, fructiferis retrofractis... H. 879. \**Caryophyllus arvensis umbellatus folio glabro*, C. B. P. 210. *Cat.* 61. *Alsine umbellata* DEC. F. D. 1204. Schk. t. 20.

Caulis adscendens, ramosus, 4—8". Folia opposita, elliptica, glabra, glaucescentia, caulina connato-amplexicaulia. Flores parvi, petalis obovatis, tridentatis, albis.

Variat stam: 4, 5 et styl. 4.

Passim in agris; v. gr. auf dem Birsfeld, Rauchseld etc. Primo vere ☉.

# TETRANDRIA.

---

## MONOGYNIA.

---

**GLOBULARIA.** *Cal. communis* imbricatus, proprius tubulosus, 5-dentatus. *Cor.* labium superius bi-inferius tripartitum. *Recept.* paleaceum.

1) *vulgaris*; caule herbaceo, foliis radicalibus (ovato-spathulatis, in orbem sparsis) (sub) tridentatis, caulinis (alternis) lanceolatis. L. H. 218. \* *Bellis cœrulea caule folioso.* C.B.P. 262. Cat. 78. Sturm I. 27. Schk. t. 21. J. B. H. III. p. 13. c. ic.

β. *Elatior*, pedalis et ultra.

Caulis 3 — 6" — 1'. Folia subcoriacea, nervosa. Capitulum florum sphaericum, cœruleum, raro album, calyce communi villosa.

In sylva circa Huningam et in dumetis juxta patibulum C. B. et J. Hagenb. olim. In rupibus prope arcem *Birseck* et *Dornach*. Supra *Schartenfluh*. Prope *Istein*. Supra *Buckten*. In M. *Distisberg* et in saxosis passim montanis. β. In M. *Distisberg*. Majo - Jul. 24.



2) *cordifolia*; caule (florigero) subnudo, foliis cuneiformibus (emarginato-) tridentatis, dente intermedio minimo. W. H. 216. \* *Bellis montana frutescens*. C. B. P. 262. Jacq. a. t. 245.

Rad. repens, stolonifera. Caulis communis suffruticosus, procumbens, diffusus, cæspites foliosos rosaceos edens, ex quibus caulis 1-florus exsurgit, suberectus, digitalis, foliolis 2—3 linearibus remotis præditus. Capitula pallide cœrulea, calycis communis foliolis ciliatis.

In rupestribus apricis M. Dornach, Wasserfallen, Kallen, Dietisberg, Ramstein, Wallenburg etc. Jun. Jul. 2½.

DIPSACUS. *Cal. communis* polyphyllus, proprius superus. *Cor.* tubulosa, 4-fida. Recept. paleaceum.

1) *sylvestris*; foliis sessilibus, paleis rectis, (involucris inflexis). W. H. 198 a. \* *Dipsacus sylvestris vel virga pastoris major*. C. B. P. 365. Cat. 104. D. fullonum a. L. D. vulgaris GMEL. Jacq. a. t. 402. J. B. H. III. 74. ic.

Caulis 3—5', aculeatus. Folia ovato-lanceolata, dentato-serrata, inferiora connata, nervis spinosis. Capitulum solitarium magnum, ovatum. Paleæ lineares, apice margineque setosæ, curvatæ. Cor. pallide cœruleæ vel albidæ.

Ad fossas, margines agrorum et in ruderalis. Jul. Aug. ♂.

2) *laciniatus*; foliis connatis sinuatis. POLLICH. H. 198 β. \* *D. folio laciniato*. C.B.P. 385. Jacq. a. t. 403. J. B. H. III. p. 75. ic.

Differt a priori foliis omnibus connatis, pinatifidis, subglabris, margine ciliato-hispidis, capitulo ut plurimum minori, obtusiore et cor. carnis vel albidis.

In M. *Erndthalden* Cel. Zeiher. Prope *Neuweg* ad vias et ex eo loco per totam Alsatiam superiorem. Circa *Delemontium*. Jul. Aug. ♂.

3) *pilosus*; foliis petiolatis appendiculatis, involucris deflexis capitulo æqualibus. SM. H. 199. \* *D. sylvestris capitulo minore vel virga pastoris minor*. C.B.P. 385. Cat. 104. *Cephalaria appendiculata* SCHRAD. Jacq. a. t. 248. F. D. 1448.

Caules 3 — 5', ramosi, inferne setoso-hispidi, superne aculeati. Folia inferiora ovato-lanceolata, serrata, superiora ovata, basi appendicibus 2 oppositis, suprema lanceolata, integra. Capitulum hemisphæricum, villosum. Cor. ochroleucæ, antheris purpureis. Habitus *Scabiosæ*.

In humidis ad *Birsam*, *Wiesam*. In *der Hard*. Prope *Mutenz*, *Fiechen*. In nemore *Wylensi*. Ante *Steinen*, et *Aeschenthor* Hall. Prope *Olsberg* et ad sepes pagi super. satis copiose. Jul. Aug. ♂.

SCABIOSA. *Cal. communis polyphyllus*,

*proprius duplex, superus. Recept. paleaceum aut villosum. (Flores compositi)*

\* Recept. villosum, cor. 4-fida. (TRICHERA Schrad.)

1) *arvensis*; cor. 4-fidis radiantibus, foliis (vel integris vel) pinnatifidis, incisis, caule hispido. L. H. 206. \* *Scabiosa pratensis hirsuta quæ officinarum. C.BP. 269. Cat. 80. Trichera arvensis R. et S. F. D. 447.*

β. Foliis infer. integris. Sc. pratensis SCHMIDT. J. B. H. III. p. 2.

γ. Foliis omnibus integris. H. 206 β. J. B. H. III. 2. ic. secunda, Scab. agrestis SCHMIDT.

δ. Foliis integris, infer. in petiolum longum decurrentibus. Sc. arv. ε. *collina* R. et S.

Caulis 2—3', ramosus, pilis deflexis scaber. Folia polymorpha, hispida, plus minus pubescentia. Flores dilute purpurei, violacei, lilacini vel albid.

In pratis, ad agrorum margines, ad aggeres, vias ubique. Majo. - Jul. 24.

2) *sylvatica*; corollulis 4-fidis radiantibus, foliis omnibus indivisis, ovato-oblongis (sub) serratis, caule hispido L. H. 204. *Trichera sylvatica* R. et S. Jacq. a. t. 362.

α. \* *Scabiosa montana latifolia non laciniata rubra et prima*. C.B.P. 270. Cat. 80. *Sc. muttensis latifolia maxima* Ej. *Phytop.*

β. \* *Sc. latifolia rubra non laciniata secunda*. P. 270. *Sc. rubr. austr.* Lob. ic. I. p. 538.

γ. \* *Sc. virgæ pastoris folio*. P. l. c.

δ. \* *Sc. mont. dentis leonis folio*. P. l. et *Prodr.* p. 126.

ε. *prolifera*.

Caulis 3—5', ramosus, pilis e punctis atropurpureis exeuntibus, ad nodos congestis, deflexis aliisque glanduliferis intermixtis hispidus. Folia utrinque hirsuta, inferiora haud raro inciso-dentata. Flores e purpureo-violacei.

(Varietates Bauhinianæ tres priores nonnisi magnitudine inter se differunt, quarum maxima, quæ in M. Muteto lecta fuit. δ. foliis gaudet incisis.)

In montosis sylvaticis, præcipue ad margines sylvarum, frequens. Jul. Aug. 24.

3) *longifolia*; coroll. radiantibus, foliis oblongis, lanceolatis, (sub) integerrimis, caule inferne glabro, superne piloso. WALD. et KIT. H. 205. (excl. syn.) *Sc. integrifolia* SUT. (non L.) *Trichera longifolia* R. et S. Waldst. et K. t. 5.

Caulis fistulosus, inferne glaber, superne hirsutus aut vice versa. Folia utrinque attenuata, basi

connata, acuminata, integerrima vel læviuscule dentata, firmiora, glabra. Corollæ purpureæ. Antheræ ochroleucæ. Vix specie diversa, promiscue cum priori obvia.

Legi semel in M. *Dietisberg*; sed dehinc sæpius observavi. Jul. Aug. 24.

\* \* Recept. paleaceum.

† Cor. 4-fida.

4) *succisa*; cor. 4-fidis æqualibus, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis, caulinis subdentatis, capitulo subgloboso. CURTIS. H. 201.

\* *Succisa glabra*. C. B. P. 269. Cat. 80. F. D. 279.

β. † *Succisa hirsuta*. P. et Cat. l. c.

γ. *floribus albis*; l. c.

δ. Foliis incisiss: \* *Succisa angustifolia palustris*. B. Hb. (*Triumph. p. 36.*)

Rad. præmorsa. Caulis glaber vel pubescens, 1—2'. Folia glabra vel hirsuta, caulina 2 opposita, ex quovis angulo ramum florigerum mittentia. Capitulum densum, cernuum, floribus cœruleis. In β folia angustiora incisa.

In sylvis udis; in M. *Dietisberg*; in pratis humidis Michelfeldensibus. β. posteriori loco C. B.; sed et alibi, δ. Passim cum α. Versus autumnum. 24.

† † Cor. 5-fida.

5) *columbaria*; cor. radiantibus, foliis radicalibus ovatis (lyratis vel) crenatis, caulinis pinnatis

setaceis. H. 202. Scab. polymorpha WEIGEL.  
F. D. 314.

α. \**S. capitulo globoso major*. C. B. P. 270. Cat. 80.

β. \**S. capitulo globoso minor*. C. B. l. c. J. B. H.  
III. 1. p. 4. ic. Tabern. p. 443. ic. 1. 2. 3. (non ad  
*canescentem*, quo amandant R. et S.)

γ. \**S. capitulo globoso foliis in tenuissimas la-*  
*cinias divisis*. P. 271. (foliis duplicato-pinnatis.)

δ. *prolifera*. J. B. H. III. 1. p. 5. ic.

ε. Calyce bracteato.

ζ. *S. minima*. B. Herb. (Digitalis) *S. media* Lob.  
ic. p. 536.

Caulis glaber. Folia polymorpha, radicalibus  
vel indivisis crenatis vel lyratis, caulinis vel pin-  
natifidis vel duplicato-pinnatis. Capitula densa,  
majora sive minora, floribus violaceo-cœruleis,  
purpurascensibus vel albidis. Calycis proprii setæ  
fusco-nigricantes.

In collibus graminosis siccis ubique. γ. Michelfeldæ ad  
agrorum margines C. B. et J. Hagenb. δ. versus *Cliben*  
Cherlerus t. Hall. ε. in M. *Hummel* Cel. Burk h.  
Jun. - Aug. 4. ♂.

6) *canescens*; cano-tomentosa, corollulis ra-  
diantibus, caule multifloro, foliis radicalibus  
ovato-lanceolatis integerrimis, caulinis pinnati-  
fidis pinnatisque. W. et K. Sc. columbaria var. *odo-*  
*rata* THUILL. Sc. suaveolens DESFONT. W. et K. t. 53.

Differt a priori: Caule tomentoso, plerumque tardius ramoso, nodis caulinis viridibus (nec purpureis) prædito, foliis tomentosis, radicalibus crassioribus, longe obovato-lanceolatis, integris, floribus odoratis, radio brevioribus, calycis propriæ setis brevioribus, pallide viridibus vel rubellis, (nec atrofusis) et receptaculo magis conico.

Ante portam Johanneam in agris lapidosis versus *St. Louis* Ach. Mieg et recentiores. Aug. Sept. 24.

7) *ochroleuca*; cor. radiantibus, foliis radicalibus bi-pinnatis, foliolis linearibus, caulinis pinnatis, petiolis perfoliatis. L. Hall. citat. ad 202. *Sc. multifido folio flore flavescente. C. B. P.* 270. *S. tenuifolia* ROTH. Jacq. a. t. 439. Ej. Obs. III. t. 73. 74. et ic. rar. Vol. IV.

Flore præsertim *ochroleuco* a prioribus recedit. Forsan varietas.

Michelfeldæ. Jun. - Aug. 24. ♂.

SHERARDIA. Cor. 1-petala, infundibuliformis. Sem. 2-tridentata.

1) *arvensis*; foliis omnibus verticillatis (infer. subquaternis, superioribus subsenis) floribus terminalibus. W. H. 734. \* *Rubeola inermis repens cærulea. C. B. P.* 334. *Prodr. p.* 145. *Cat.* 94. *F. D.* 439. Schk. t. 22.

Caulis plerumque decumbens, palmaris. Folia hispida, mucronata. Flores exigui, purpureo-cœrulei, sæpe carnei, terminales, sessiles, foliis octo verticillatis bracteati. Variat foliorum verticillis remotis vel approximatis.

In agris sterilibus frequens. Jul. - Sept. ☉.

**ASPERULA.** *Cor.* tubuloso-infundibuliformis.  
*Sem.* 2 globosa.

1) *odorata*; foliis octonis, lanceolatis, corymbis terminalibus pedunculatis, seminibus echinato-hispidis. W. EN. H. 728. \* *Asperula s. Rubeola montana odora.* C. B. P. 334.; *Cat.* 95. F. D. 562. Schk. t. 23.

Caulis erectus,  $\frac{1}{3}$ —1'. Folia 7—9, horizontaliter patentia, glabra, margine scabra, mucronata. Corymbus di-trichotomus. Flores albi, odorati, præsertim in statu sicco.

In sylvis et umbrosis frequens. Majo. Jun. ♃.

2) *arvensis*; foliis infernis quaternis obovatis, summis 5—6—8, floribus terminalibus sessilibus aggregatis, involucris ciliatis. L. H. 733. \* *Asperula cœrulea arvensis.* C. B. P. 334. *Cat.* 95. Moris. H. III. S. 9. t. 22. f. 2.

Caulis 1', erectus, tetragonus. Folia verticillata, subtus scabra. Flores umbellato-fasciculati, parvi,



cœrulei, involucro ex foliolis ciliatis composito suffulti. Fructus glabri.

In agris versus Mutetum, Dornacum, *Aesch*; circa *Gemgenstollen*. Inter *Möschenstein* et *Gundeldingen*. *Auf dem Birsfeld*. Ante portam Johanneam. Versus *Michelfelden*, *Kleinbisingen*, ad *Wiesam* etc. Maj. Jun. ☉.

3) *cynanchica*; foliis quaternis linearibus, superioribus oppositis stipulatis, caule (sub) erecto, floribus 4-fidis. L. H. 730. \* *Rubia cynanchica*. C. B. P. 333. Cat. 94.

ℓ. Foliis (inferioribus?) brevioribus, latioribus. H. 731. (Secundum plantam incompletam MIEGII. LACH. pro var. *cynanch.* habuit, ipseque MIEGIUS in *Mscpt.* specie non diversam putat, ajens: habitum præ se ferre *Sherardicæ*, sed vix a N°. Hall. 730. differre; quin tandem et HALLERUS dubitat. Cf. Act. Helv. VI. p. 64. Etiam SM. in FL. BR. *cynanchicæ* foliarum infer. *obovata* describit.) *Rubia cynanchica saxatilis*. C. B. P. 333. *Prodr.* p. 146? A. pyrenaica SUTER. (non L.)

γ. Caule decumbente.

Caules plures erecti vel decumbentes, 4-goni, glabri. Folia quaterna, glabra, margine revoluta, eo magis inæqualia, quo superiora; suprema bina. Flores fasciculato-corymbosi, pallide rosei vel albi; pedunculis trichotomis.

Locis graminosis et saxosis aridis frequens.  $\beta$ . versus *Binningen* juxta viam A. Ch. Mieg. Junio - Sept. 24.

(A. *tinctoriam* in rupibus prope *Laufen* crescere audio ; sed plantam etiam viris gravioribus civem dubiam (cf. R. et S.) recipere nolui. Forsan ad var. *cynanchica* deleganda.)

**GALIUM.** Calyx. minimus 4 - dentatus. *Cor.* 1 - petala, rotata, 4 - partita. *Sem.* 2 subrotunda.

\* Fructu glabro.

1) *palustre*; foliis 4 - ternis obovatis inæqualibus, caulibus diffusis. L. H. 719. \* *Gal. pal. album.* C. B. P. 335. Cat. 95. F. D. 423.

$\beta$ . Foliis senis, caule scabriore.

Caules 1 — 4', ramosissimi, flaccidi, 4 - goni, plus minus retrorsum scabri. Folia obtusa, margine retrorsum scabra, inferiora subinde sena. Flores corymbosi, campanulati, exigui, albi. Fructus lævissimus, deflexus.  $\beta$ . *G. uliginoso* simile, sed dignoscitur fructibus glabris. Siccando nigrescit.

In palustribus. Frequens ad *Wiesam*.  $\beta$ . in paludibus *Michelfeldensibus*. Am *Egelsee* prope *Mömlin*. Aestate. 24.

2) *cruciatum*; foliis 4 - ternis subovatis hirsutis, caule superne simplici piloso, pedunculis lateralibus diphyllis. SM. H. 709. \* *G. latifolium asperum* s. *Cruciata minor*. C. B. herb. † *Cruciata hirsuta*. P. 335. Cat. 95. *Valantia cruciata* L. Sturm. I. 7.

Ex viridi-flavescens. Caulis 1—1½', elongatus, piloso-hispidus, geniculis purpurascens. Folia pilosa, reticulato-venosa. Flores polygami, axillares, in corymbos quovis latere tres distributi.

In dumetis et ad sepes. Majo. Jun. 24.

3) *pusillum* L.; foliis (sub) octonis linearilanceolatis, mucronatis, integerrimis, subpubescentibus, pedunculis dichotomis, fructu lævissimo. SM. Hall. sub 715. *G. sylvestre* SCHRAD. Spic.

α. Caule foliisque glabris. H. 715. γ? *G. glabrum* SCHRAD. l. c. (excl. JACQ. syn.) *G. glabrum* SUT. *G. læve* DEC.

β. Caule foliisque inferne pubescentibus. H. 715 α. *G. pubescens* SCHRAD. l. c. *G. Boccone* ALL. *G. hispidum* SCHREB. *G. sylvestre* POLL. *G. nitidulum* THUILL. *G. Bocc. hirsutum et scabrum* SUT.

γ. Hispidum, foliis margine hispidioribus. Gal. hispidum SCHRAD. l. c. *G. supinum* LAM? *G. montanum* VILL. D. II. t. 7?

Polymorphum. Dignoscitur: Caule a 3" ad 1½' alto, basi decumbente, plerumque diffuso, subalato-tetragono, glabro; in β, inferne molliter vel rigide pubescente, foliis linearibus, suboctonis, versus apicem latescentibus, mucronatis, inferioribus ad margines plus minus hispidis, aculeis vel patentibus, vel antrorsum vel retrorsum directis, (in

eadem subinde planta) infimis minoribus approximatis, senis, floribus corymbosis, di-trichotomis, parvis, albis, muticis, fructibus lævibus.

(Varietates allatæ adeo confluant, ut nimis argute in species distribui mihi videantur; siquidem eodem haud raro ex cæspite simul prodeuntes observantur et var.  $\alpha$ . locis montanis asperis per gradus intermedios in var.  $\gamma$ . transeuntem prosequaris. Var. posterior plerumque minor occurrit.)

In collibus montanis, pascuis, arvis, ad sylvarum oras ubique.  $\gamma$ . locis aridioribus apricis, imprimis montanis, obvium.

4) *austriacum*; foliis (sub) senis, linearibus, caulibus filiformibus, (subtetragonis) glabris, erectis, ramulis erectis, aphyllis. JACQ. G. glabrum HOFFM. Jacq. a. t. 80. Cf. G. argenteum VILL. D. II. t. 75.

A priori nimis affini differt caule erecto vel adscendente, minus distincte 4-gono, plerumque humiliore, graciliore, semper glabro, ramis magis erectis, foliis subintegris, floribus fructibusque minoribus. (Secund. specim. JACQ. in LACH. herb.)

*In det Herd.* In graminosis montanis per totum Juræ tractum. Majo. Jun. 24.

5) *alpestre*; glabrum, adscendens, rigidulum, foliis octonis obverse-lanceolatis, margine lævius-

culis, umbella trichotoma. GAUDIN. H. 715.  $\gamma$ ?  
*G. argenteum* et *anisophyllum*. VILL. D. II, t. 7.

Ab *austriaco* recedit: Caule crassiore, rigidore, tetragono, unà cum foliis lucido; foliis latioribus, panicula densiore floribusque majoribus. Vix altitudinem palmarem excedit. Siccando lutescit.

In pascuis montanis. Majo. Junio. 4.

6) *verum*; foliis octonis, linearibus, sulcatis, integerrimis, scabris, floribus paniculatis, congestis. SM. H. 710. \**G. luteum*. C.B.P. 335. Cat. 95. F. D. 1146. Schk. t. 23. J. B. H. III. 720. ic.

$\beta$ . Floribus ochroleucis. *G. ochroleucum* WOLF. FL. ERL. *G. verum*  $\beta$ . GM. BAD. *Gal. flore pallido*. J. B. H. III. 721.

Caulis 1—3', duriusculus, erectiusculus, subteres, geniculis tumidis. Folia perangusta, atroviridia, rigidiora, margine subreflexa, subtus glaucescentia, 8—12. Panicula racemosa, ramossissima, densa. Flores lutei, odorati. In  $\beta$ . caulis 4-angularis, superne magis pubescens, subviscidus, retro strictu hispidulus, inferne glaber. Folia breviora, latiora, panicula magis diffusa, et flores ochroleuci, qui exsiccando minus nigrescunt. An species?

Ad vias, fossas, in pascuis, arvis ubique.  $\beta$ . unico loco ad agri marginem in M. *Dietisberg* repperi.

7) *Mollugo*; foliis octonis, ovato-linearibus, subserratis, patentissimis, mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. L. H. 711. F. D. 455. Lob. ic. I. p. 802. ic. 1.

α. Latifolia; *Mollugo montana angustifolia ramosa*, s. *Galium album latifolium*. C. B. P. 334. et t. LACH.

β. Angustifolia, subrectā; \* *Rubia sylvestris laevis*. C. B. P. 333. Cat. 94. G. lucidum M. a B. (excl. syn.) Lob. ic. I. p. 798. ic. 2.

γ. Caule foliisque incano-pubescentibus saepe scabris. (Cf. Schrad. Spicil. p. 16. var. 1 et 2.) *G. scabrum* WITH.

δ. Montanum, humile, verticillis approximatis. *G. Mollugo alpinum* R. et S.

Caules 2—4', debiles, 4-goni, glabri, (in γ. tomentoso-scabri) geniculis incrassatis. Folia angustiora et latiora, glabra, (in γ. inferiora tomentosa) patentissima, margine serrulato-scabra. Flores albi, odori, in paniculas fasciculatas collecti; in β. et γ. caulis subinde erectus.

Ad sepes et in dumetis frequens. γ. in montanis saxosis v. gr. prope *Breitenbach*, *Meltingen*, *Dictisberg*, *Liestal*. δ. in montanis aridioribus passim. Majo - Sept. 24.

8) *sylvaticum*; foliis (sub) octonis laevibus, subtus scabris (?) (lato-) lanceolatis, floralibus binis, panícula terminali, pedunculis capillaribus, caule tereti, laevi. W. EN. H. 712.

\* *Mollugo montana latifolia ramosa*. C.B.P. 334.  
*Cat.* 95. *Rubia sylvatica laevis*. J. B. H. III. 716.  
 (quod non confund. c. syn. C.B. ad *Mollug.*  $\beta$ . cit.)  
 Lob. ic. I. p. 802. ic. 2. (mediocris)

Caulis striatus, 3—5', ramosissimus, subdecumbens, geniculis valde tumidis. Folia 7—10, superne læte viridia, subtus glaucescentia, utrinque glabra, ad margines scabriuscula. Panicula diffusa. Flores parvi, odorati, albi. Antheræ flavæ, demum fulvæ.

In montosis sylvaticis. Jun. - Aug. ♀.

9) *campānulatum*; caule erecto (sub) tereti, foliis subtus canaliculatis, octonis, corollis campanulatis. H. 714. (An N°. 716. ad *G. glaucum* W. refer. ? SUTERUS haud recte Basileæ civem reddit.) *G. glaucum* ALL. (nec WILLD. nec WAHLENB. AN LINN. ?) *G. Halleri* SUT. *G. montanum* ROTH. Vill. t. 7. (An Jacq. ic. Fl. austr. t. 81. excludenda? Descriptio (excl. syn. Bauh.) ad nostrum quadrat, sed panicula in icone nimis patens videtur. Num forsā diversitas ex cultura in horto oborta?)

(Syn. C. B. *Rub. mont. angustifolia*. P. 333. *Prodr.* 145. ex fide Hort. sicci non huc, sed ad *G. glaucum* WILLD. referendum.)

Rad. repens, articulata, rubescens. Caulis ascendens 1—2½', obsolete 4-gonus, glaber,

nitidus, striatus, firmior, pallide viridis, articulis nodosis, infimis radicanibus, superne parum ramosus, ramis axillaribus, solitariis vel binis oppositis inæqualibus, super. erecto-patentibus. Folia angusta, rigida, suboctona, margine revoluta, antrorsum hispidula, mucronata, supra saturate glaucescenti-viridia, subtus incana, in sole patentia, per pluviam aut in planta evulsa incurvato-erecta. Flores paniculati, trichotomi, majusculi, campanulati, albi.

Ad rupes Castelli *Istein* olim jam B. Stæhelius. Ibidem adhuc late viget. Majo - Jul. 4.

10) *tricorne*; fructibus corticatis asperis, pedicellis trifloris, demum arcuato-inflexis, foliis suboctonis cauleque retrorsum aculeatis. WALLROTH, H. 725. Valantia Aparine SUT. GMEL. G. spurium HOFFM. ROTH, Vaill. t. 4. f. 3. a. a.

Caulis 1 — 5', tetragonus, simplex, angulis retrorsum scaber, geniculis glabris. Folia scaberima, vestibus adhærentia. Pedunculi asperi, diphylli, breves, fructiferi arcuato-recurvi. Flores polygami, parvi, albidii. Fructus magnus, fere pisiformis, granulatus (nec hispidus).

In agris inter segetes circa *der Schützenmatten*, *Gruth*, *Rütihard*, *Mutenz*, *Aesch*, *Gempen*, *pontem Wiesæ*, et fere ubique in superioribus agri nostri regionibus. Jun. Jul. ☉.



11) *saccharatum*; foliis subseptenis, linearibus, (vel lanceolatis) patulis, margine antrorsum aculeato - scabris, floribus polygamis, pedunculis axillaribus, trifloris, fructu verrucoso, nutante. DEC. H. 725. et Gotting. 188. pro var. *Valantia saccharata* GMEL. V. aparine W. Vaill. t. 4. f. 3.

Cum priori confundebatur, a quo facile distinguas: Caule humiliore, magis procumbente, foliis antrorsum hispidis, pedunculis demum deflexis, (non arcuato reflexis) et fructu verrucis squarrosis oblecto.

Rarius cum priori. Jun. Jul. ☉.

12) *spurium*; foliis (sub) senis (lineari-) lanceolatis, carinatis, scabris, retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris. L. H. 724. (excl. syn. VAILL.) *G. hispidum* ROTH. HOFFM.

Caulis  $\frac{1}{2}$  —  $1\frac{1}{2}$ ', ascendens s. prostratus, diffusus, 4-gonus, angulis retrorsum aculeato-hispidis. Folia mucronata, margine et carina retrorsum scabra. Pedunculi axillares, fructiferi divaricantes, 2—3-flori, folia subæquant. Flores albi, fructus globosi, parum rugosi.

(Beatus LACH. cum *G. anglico* confundebat, quo forsitan errore HALLERUS inductus fuit, ut plantam in pago ipso nondum obviam Basileæ crescentem indicaverit.)

In terra badensi prope *Zienken* Vulpinus t. Gmel.  
Jun Jul. ☉.

13) *uliginosum*; foliis (sub) senis lanceolatis, retrorsum serrato-aculeatis, mucronatis, rigidis, corollis fructu majoribus. L. H. 713. *G. spurium* SPRENGEL HALL. Barrel. ic. 82.

→ Caules 4—8", erecti vel procumbentes, debiles, 4-goni, retrorsum aculeati. Folia mucronata, glauco-viridia, basi retrorsum, versus apicem antrorsum hispida. Pedunculi longi, capillares, pauciflori. Flores albi, roseo colore suffusi, tubo brevissimo.

Passim in pratis udis ad Wiesam. Circa Augustam, Rhenofeldam, *Bottmingen*, *Mutenz*, *Friedlingen*, *Mickelfelden* etc. Jun. - Aug 24.

14) *anglicum*; foliis subsenis, (lineari-) lanceolatis, mucronatis, margine cauleque scabris, pedunculis bifidis, fructu granulato. HUDSON. *G. rubrum* C. B. P. 335? *G. parisiense* LAM. (nec L.) *G. rubrum* POLL. GMEL. (nec L.) *G. uliginosum* LACH. in H. sicco.

Caules digitales, palmares, basi decumbentes, ramosissimi, rigidiusculi, 4-goni, angulis deorsum scabris. Folia sena, brevia, subdeflexa, margine sursum scabra. Pedunculi 2—3-fidi, folia æquantés vel parum superantes; corollæ

exiguæ, e viridi-sordide rubellæ. Fructus didymus, granulatus, subpubescens (nec pilosohispidus).

Apud nos satis frequens inter segetes *auf dem Bruderholz*; extra portam D. Johannis; versus *Mutenz*; cis vel trans pontem *Wiesæ*; versus *Altschryler, Kleinriehen* etc. Jul.-Sept. 24.

\* \* Fructu villosa.

15) *parisiense*; foliis verticillatis, linearibus, pedunculis 2-floris. L. H. 726. G. litigiosum DEC.

A præced. simillimo distinguitur: Habitu teneiore, caule humiliore minus ramoso minusque scabro, foliis minoribus, et præcipue fructibus setuloso-villosis. (Flores priorum adinstar colorati sunt, nec albi, sicut profert HALLERUS.)

(Forsan varietas *anglici*, ob loca aridiora quibus provenit, mutati.)

Versus Hünigam Miegius t. Mscpt. Jul.-Sept. ☉?

\* \* \* Fructu scabro.

16) *harcynicum*; foliis subsenis, obovatis, acutis, caule procumbente, ramis confertis, elongatis, pedunculis multifloris. WEIGEL. H. 717. G. saxatile L. (nec DEC.)

Caules cæspitosi, decumbentes, diffusi, digitales, palmares, debiles, glabri. Folia parva, tenera, glabra, obovata vel subrotunda, margine scabriuscula, mucronata, inferiora approximata,

minora, subquaterna. Pedunculi fructiferi penduli. Flores albi. Fructus, pro ratione parvitatæ plantæ, majusculi, nigri, scabriusculi. Siccando nigrescit.

In agris circa Basileam Miegium invenisse affirmat Hallerus, quod ille in *Mscrpt.* negat; nec Lach. in agro nostro repperit, sed in M. *Bloutberg* Alsatix. In M. *Belschen Bad.* Vulpus, Hofmeister etc. Jun. Jul. 24.

(*G. saxatile* Dec. s. *helveticum* Weig., in vicino monte *Weissenstein.* adhuc proveniens, non ultra descendere videtur.)

\*\*\*\* Fructu hispido,

17) *boreale*; foliis quaternis lanceolatis, trinerviis, glabris, caule erecto. L. H. 722. \**Rubia pratensis lævis acuto folio.* C. B. P. 333. *Prodr.* p. 145. F. D. 1024.

Rad. repens. Caules 1½', erecti, inferne scabriusculi, superne glabri, obsolete 4-goni, geniculati. Folia inæqualia, mutica, 3-nervia, margine scabra. Pedunculi subcorymbosi multiflori. Flores patentes, lactei. Fructus setis albis hispidi.

Infra *Michelfelden* in pratis versus *Neuweg* Lachen. Jun. - Aug. 24.

(*G. hyssoifolium* Hoffm. fructu glabro distinctum apud nos nondum vidi.)

18) *rotundifolium* α; foliis (quaternis) ellipticis, obsolete trinerviis, margine setuloso-ciliatis minoribus, seminibus hispidis. GMEL. H. 727. \**Rubia 4-folia* s. *rotundifolia lævis.* C. B. P. 334.

*Prodr.* 145. Jacq. a. t. 94. J. B. H. III. 718. c. ic. bona, sed absque flore et fructu.

Caules procumbentes, 8'' — 1', 4-goni, ramosissimi. Pedunculi subsolitarii, pedicelli 3-fidi. Flores parvi, albi. Fructus pilis longis uncinatis hispidi.

Circa *Badenweiler* et prope *Schweighof* ad pratorum sylvaticorum margines Gmel. Prope Delemontium. Jun. Jul. 24.

19) *aparine*; foliis (sub) octonis, lanceolatis, carinis margineque scabris, retrorsum aculeatis, caule flaccido, geniculis villosis, (pedunculis erectis) corollis fructu pilis uncinatis tecto minoribus. W. H. 723. † *Aparine vulgaris*. C. B. F. 334. *Cat.* 95. F. D. 495.

*Galio tricorni* simile, a quo differt: Caulis ramosi geniculis incrassatis, villosis, foliis utrinque hispidis, pedunculis non reflexis et fructu pilis uncinatis hispido.

β. Minor. Vaill. t. 4. f. 4. (non ad *G. spurium*).

Ad sepes, in ruderatis et cultis abunde. Jun.-Aug. ☉.

CENTUNCULUS. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida, tubulosa, limbo patente. *Stam.* brevia. *Caps.* 1-ocularis, circumscissa, polysperma.

1) *minus*; foliis alternis, ovatis, floribus sessilibus. L. H. 627. Vaill. t. 4. f. 2. F. D. 177. Schk. t. 24.

Caulis 1—3", tener, sæpe ramosus. Folia integerrima, patentia, glabra. Flores axillares, solitarii. Cor. exiguæ, albæ, pellucidæ, solis æstu expansæ, fugaces. Caps. globosæ.

Circa domum rubram in nonnullis agris humidis inter stipulas Lach. Versus *Altschwyler*, *Riechen*, *Crenzach*; *auf dem Bruderholz*. In humidis pratorum marginibus versus *Eottringen* cis pagum. Prope *Olsberg*. Aug. Sept. ☉.

PLANTAGO. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-fida, limbo reflexo, *stamina* longissima. *Caps.* 2-ocularis, circumscissa.

\* Scapo nudo.

1) *major*; foliis late-ovatis, petiolatis scapoque tereti nudiusculis, spica cylindrica longissima, flosculis imbricatis... H. 660. F. D. 461. Schk. t. 23.

α. *Pl. latifolia sinuata*. C. B. P. 189. Cat. 56. *maxima*. In herb.

β. Digit. palmaris, foliis 3-nerviis. *P. lat. glabra minor*. P. l. c. P. minima DEC.? Tab. ic. p. 1107.

γ. Spica foliacea, abortiva, foliolis in pyramidem imbricatis. *P. lat. rosea floribus quasi in spica dispositis*. P. l. c. Pl. rosea TABERNAEM. 1108. ic. 1.

δ. Spica foliacea, abortiva, foliolis expansis. *P. lat. rosea flore expanso*. P. l. c. P. bracteata MÖNCH. Tab. l. c. ic. 2.

2. *P. lat. spica multiplici sparsa. P. l. c.*

3. Monstrosa, spica multiplici, abortiva.

Scapus simplex. Folia 3—7—9-nervia, terræ adpressa, glabriuscula. Antheræ violaceæ.

In pratis, vineis, hortis, ad vias. β, in pascuis montanis atque sterilibus. δ. C. B. extra portam St. Blasii ad molendinas olim cuprarias (nunc tabaci) et nuper prope *Olsberg*. ε. et ζ. prope *Arisdorf*. Majo—Jul 24.

2) *media*; foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, spica cylindrica, (brevis) scapo tereti. L. H. 659. F. D. 581.

α. \**Pl. latifolia incana. C. B. P. 189. Cat. 56.*

β. *P. lat. hirsuta minor. P. l. c. Tac. 1107. c. ic.*

γ. Spica ramosa. *P. lat. incana spicis variis. P. l. c. Moris. H. III. S. 8. t. 15. f. 7.*

δ. Foliis dentatis.

Folia 5-nervia, rarissime dentata, petiolis brevissimis; filamenta purpurascens. Antheræ albidæ.

In pascuis, pratis, ad vias et plateas ubique. δ. circa *Olsberg*. Majo Junio 24.

3) *lanceolata*; foliis lanceolatis (utrinque acuminatis) spica subovata, nuda, scapo angulato. L. H. 656. Sturm. I. 7.

α. *Pl. angustifolia major. C. B. P. 189, Cat. 56.*  
(Foliis 5-nerviis) Blackw t. 14.

β. *P. ang. minor*. *P. l. c.* (Digit. palmaris, foliis 3-nerviis). Tab. 1107, ic.

γ. *P. trinervia angustissimo folio* *P. l. c.* *Prodr.* 98. *Cat.* 56. *P. altissima* POIRET (non Jacq.)

δ. Spica bi-trifida, multifida.

ε. Prolifera. \**Pl. 5-nervia*, (in hb.) *ang. maj. caulium summitate foliosa*. *P. l. c.* (Memorabilis monstrositas. Ex summitate nimirum caulis fasciati exeunt 8 — 10 folia, radiatim disposita, in quorum axillis sedent totidem spicæ parvæ, monstrosæ.)

Scapus angulatus. Spicæ ovatæ, densæ, fuscæ.

In pratis, pascuis, ad vias. β. locis sterilioribus. γ. et δ. inter *Gibenach* et *Kaiseraugst*. Majo. Jun. 24.

\* \* Caulescentes.

4) *arenaria*; piloso-cana, caule erecto, ramoso, herbaceo, foliis subintegerrimis, capitulis foliatis, bracteis foliolisque calycinis ovatis (obtusissimis). W. et K. *Psyllium majus erectum*. *C. B. P.* 191. *P. Psyllium* pl. auct. *Psyllium* annuum THUILL. Waldst. t. 56.

Piloso-cana, subviscida. Caulis erectus,  $\frac{1}{2}$  — 1'. Folia linearia, patentia. Capitula ovata, pedunculata. Antheræ flavescentes.

*Auf dem Birsfeld* unicum exempl. lectum est, forsancum seminibus *Triſolii* vel *cerealibus* advena. Jul. Aug. ☉.



**EPIMEDIUM.** *Cal.* caducus. *Cor.* 4-petala. *Nectaria* 4 cyathiformia, petalis incumbentia.

1) *alpinum* L.; † *Lunaria media* s. *Epimedium*. *C. B. P.* 323. *Lind.*, *Als.* t. 6. *Röm. Fl. E.* fasc. 2.

Caulis 1—1½', binodis. Ex nodo super. exit folium petiolatum, supradecompositum, biter-natum, foliolis petiolatis, cordatis, obliquis, ciliatis. Flores racemosi, pedunculati. Calyx caducus; petala obscure purpurea, concava. *Nectaria* flavo-hyalina,

In umbrosis inter corylos ad ripam Rheni retro ædes Dn. Falkneri J. U. D. suburbii D. Albani t. Lachen et recent. Forsan olim in horto vicino cultum. *Majo*. 24.

**SANGUISORBA.** *Cal.* 2-phyllus, inferus. *Cor.* rotata, supera. *Caps.* 4-gona inter calycem et corollam.

1) *officinalis*; spicis ovatis, staminibus corollæ subæqualibus. *PERSOON.* H. 705. \**Pimpinella Sanguisorba major*. *C. B. P.* 160. *F. D.* 97. *Schk.* t. 24.

Caulis 1—2½'. Folia impari-pinnata, foliolis cordato-ovatis, serratis, basi sæpe stipulatis. Spicæ atro-sanguineæ. *Antheræ* flavæ.

*C. B. Michelfeldæ.* *Königius* in colle rivulo percurso ad dextram viæ versus *Rheinach*. Sunt, qui circa *Neuhaus* in

pratis legisse velint. (Planta alibi vulgaris apud nos rarissima.) Jun.—Aug. 24.

**CORNUS.** *Involucrum* 4-phyllum sæpius. *Petala* 4. *Drupa* nuce biloculari.

1) *mascula*; arborea, umbellis involucrum (sub) æquantibus. L. H. 815. \* *C. sylvestris mas.* C.B.P. 447. Schk. t. 24. Knorr. Thes. I. t. Z.

β. *C. hortensis mas.* P. l. c.

Frutex vel arbor. Flores flavi. Involucrum coloratum. Drupa elliptica, rubra, esculenta. (In horto drupa variat colore citrino vel albido.)

Ad sepes passim et in sylvis montosis, v. gr. *Im Gelterkinderberg*. Ad Rhenum inter *Rotthaus* et *Augst*. β. colitur. Primo vere ante foliorum eruptionem. †.

2) *sanguinea*; ramis rectis, foliis ovatis (oppositis, petiolatis, venosis, glabris) concoloribus, cymis depressis, planis. L'HÉRITIER. H. 816. *C. fæminea*. C.B.P. 447. *Cat.* 108. F.D. 481.

Frutex. Rami virgati, sanguineo-rubri, læves. Folia subtus pallidiora. Cymæ involucro destitutæ. Petala alba. Drupa pisiformis, atra.

In dumetis, sepibus, sylvis. Jun. Jul. †.

**ISNARDIA.** *Cal.* campanulatus, 4-fidus. *Cor.* o. *Caps.* 4-gona, 4-locularis, calyce cincta, polysperma.

1) *palustris*; foliis ovatis integris. W. Ludwigia repens SWARZ. *Alsine palustris* EHRH, Sturm. I. 22.

*Peplidi Portulacæ* similis, repens, natans. Folia crassiuscula, petiolata, emersa rufescentia. Flores axillares, solitarii, virides.

In fossis prope *Michelfelden* L a c h. Jun. Jul. ☉.

TRAPA. *Cal.* 4-partitus. *Nux* spinis 2 — 4 oppositis cincta, e calycis foliis oborta.

1) *natans*; nucibus quadricornibus, spinis patentibus. L. H. 527. \* *Tribulus aquaticus*. C. B. P. 194. Sturm. I. 30.

Planta aquatica. Rad. longe repens. Caules longi, repentes, submersi. Folia *natantia* in rosulam expansa, coriacea, rhomboidea, petiolis ventricosi, *immersa* multifido-capillaria. Flores axillares, parvi, virentes vel albidi. Nux ætate nigra, durissima, edulis.

In stagnis nunc exsiccatis Hiltelingæ Kœnigius. Inter urbem et Belligardum J. B. Prope *Rheinfelden* olim. In Sundgovia crescere fertur. Julio ☉.

PARIETARIA. *Cal.* 4-fidus, inferus. *Cor.* o. *Semen* calyce elongato tectum. Flores aliquot fœminei (vel masculi).

1) *officinalis*; foliis lanceolato-ovatis, basi 1-nervibus, caule erectiusculo. H. 1612. \* *P.*

*officinarum et Dioscoridis. C. B. P. 121. Cat. 34.*  
Sturm. I. 9.

Caulis 1—2', debilis, rubellus, hirsutus. Folia alterna, pubescentia, læte viridia, quem colorem, teste Hb. Bauh., per sæcula conservant. Flores polygami, axillares, conglomerati, dimidiati, parvi, albidi. Stamina irritabilia, elastice resilientia.

Sub muris D. Margaretz. Ad arcem dirutam Rötelen et passim ad muros ædium neglectarum, Jun.-Aug. 4.

ACHEMILLA. *Cal. 8-fidus. Cor. o. Sem. 1.*  
calyce vestitum.

1) *vulgaris*; foliis reniformibus, plicato-concavis, serratis, caule petiolisque glabriusculis, floribus dichotomis, corymbosis (calycibus glabris). WALLROTH. H. 1566. *A. vulgaris. C. B. P. 319. Cat. 90. Sturm. I. 2.*

Rad. crassa, fusca, lignosa. Caulis  $\frac{1}{2}$ —2'. Stipulæ magnæ, foliaceæ, amplexicaules, incisoserratæ. Flores ex viridi-flavescentes.

Variat magnitudine, caule foliisque glabris vel plus minusve hirsutis, pilis sæpe patentissimīs.

In pratis umbrosis et nemorum locis graminosis passim frequens, v. gr. in nemore Wylensi. Majo-Jul. 4.

2) *montana*; foliis reniformibus novemlobis,

subtus caule petiolisque pilosis, sericeis, floribus fastigiatis, glomeratis, sessilibus (calycibus hirsutis). WALLROTH. H. 1566  $\delta$ . A. hybrida MILL. Dict. (excl. t. 18, ic. mal.) A. vulgaris  $\gamma$ . *hybrida* W. F. D. 49. Barrel. ic. 728.

Priori minor. Folia obscurius viridia, minus lobata, subtus et ad serraturas sericeo-tomentosa. Stipulae simpliciter serratae. Flores densius conglomerati, calycibus plus minus pilosis.

In omnibus pascuis montanis elevatioribus. Jun. Jul. 24.

3) *alpina*; foliis digitatis, quinis, septenis, lanceolato-cuneatis, obtusis, apice adpresso-serratis, subtus sericeis. W. EN. H. 1567. † *Tormentilla alpina folio sericeo*. C. B. P. 326. F. D. t. 49.

Folia subtus villo argenteo nitentia. Flores quam in precedentibus minores, calycibus sericeo-villosis.

In cacumine M. *Wasserfall* nuper legit Banga Th. St. (In M. *Weissenstein* Cl. F. Nees)

4) *aphanes*; foliis tripartitis, laciniis 3. fidis pubescentibus, floribus axillaribus, glomeratis, monandris. W. H. 1569. \* *Cherophyllo nonnihil similis*. C. B. P. 152. Cat. 45. *Aphanes arvensis* L. Schk. t. 26.

Caulis ramosissimus, decumbens, 1—3", villosocanescens. Stipulae amplexicaules villosae. Flores

minutissimi, virides. Stam. 1. (reliquis abortientibus?) Styli subinde 2.

In agris sterilioribus, arvis frequens. Majo - Sept. ☉.

## D I G Y N I A.

CUSCUTA. *Cal.* 4 (—5) -fidus. *Cor.* 4 (—5) -fida. *Stamina* 4 (—5) brevissima. *Caps.* 2-locularis carnosae, basi circumscissae.

1) *major* DEC.; floribus aggregatis sessilibus, staminibus subexsertis, stylis divergentibus arcuatis. . . H. 654  $\alpha$ . *Cuscuta major*. C. B. P. 219. *Cat.* 63. *Cusc. europæa* L. C. vulgaris PERSEON. F. D. 199. Sturm. I. 10. Schk. t. 27.

Planta parasitica aphylla, caulibus filiformibus prælongis plantas amplectens, radículas papillares ex internodiis emittens. Flores in capitula globosa axillaria congesti, rubelli aut albidii.

In *Urtica* frequens. Etiam in *Genista sagittali*, *Trifolium*, *Lupulo*, *Erica* etc. Jul. Aug. ☉.

2) *minor* DEC.; floribus aggregatis sessilibus, staminibus inclusis, stylis divergentibus rectis. . . H. 654  $\beta$ . C. *minor*. C. B. P. 219. C. *europæa*  $\beta$ . W. C. *Epithymum* PERSEON. C. *minor* DEC.

Habitu humiliori, caulibus capillaribus glomerulisque bracteatis paucifloris, cor. minori 5-fida, præter characteres datas, differt.

(Utraque, *minor* et *major*, stamina habent basi squama crenulata distincta, affirm. DEC. in SUPPL.)

In Thymo Serpillo, Origano, Ajuga, Galio vero etc. Jul. Aug. ☉.

## T E T R A G Y N I A.

ILEX. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* rotata. *Stylus* o. *Bacca* 4-sperma.

1) *aquifolium*; foliis ovatis, acutis, spinosis, nitidis, undulatis, floribus axillaribus subumbellatis AITON. H. 667. \* *Ilex aculeata baccifera folio sinuato.* C.B.P. 425. *Cat.* 106. Sturm. I. 7.

β. Inermis, foliis non crispis. *Aquifolia alia species lævi folio.* P. l. c. I. heterophylla AITON.

Frutex sæpe arboreus. Folia sempervirentia, coriacea, lucida. Flores polygami, axillares, albi. *Baccæ* pisiformes, rubræ.

In M. Christiana, *Crenzach*, *Muteto*, *Geispel* et omnibus sylvis montosis frequens. β. circa *Langenbruck* t. herb. Hag. en b. Prope *Olsberg*. In M. *Schafmatt*. Majo. Jun. ☿.

POTAMOGETON, *Cal.* o. *Petala* 4. *Stylus* o. *Sem.* 4.

1) *natans*; foliis natantibus, petiolatis, ellipticis, acutis, basi rotundatis, subcordatis. W. H. 843.

\**P. rotundifolium* (in herb.) quod Dioscoridis. C.B.P. 193. Cat. 57. Sturm. I. 9. Schk. t. 28.

β. Foliis ovato-lanceolatis, P. fluitans Roth. F. D. 1450.

Caules prælongi. Folia longe petiolata coriacea, nervoso-striata, majora s. minora. Stipulæ intrafoliaceæ, lineari-lanceolatæ liberæ, vel vaginantes. Spica simplex, cylindrica, rubella. In β. folia angustiora, minus crassa, utrinque attenuata, magis rufo-viridia, stipulæ latiores et spica breviora. An species?

In piscinis, stagnis et rivulis lente fluentibus frequens. β. inter α. in rivulis rarior. Jun. Jul. 4.

2) *heterophyllus*; foliis superioribus petiolatis, ellipticis, utrinque attenuatis, inferioribus confertis, sessilibus, linearibus. W. P. hybridus Thuill.

Folia superiora illis in priori similia sed minora, inferiora angustissima.

In stagno extimi Gundeldingen et Michelfeldæ versus Hüningam Jac. Hagenbach. t. herb. Jul. Aug. 4.

3) *perfoliatus*; foliis cordatis amplexicaulibus, omnibus immersis. Sm. H. 845. † *P. foliis latis splendidibus*. C.B.P. 193. Cat. 57. F. D. 196.

Folia pellucida, læte viridia, reticulata, cordato-



ovata vel subrotunda, alterna, ubi pedunculi exeunt opposita. Spicae breves, oblongae, uscae.

In stagnis, aquis lente fluentibus frequens. Ad Rhenum, Birsam, Wiesam, Birsecum. Jun. Jul. 24.

4) *densus*; foliis ovatis acuminatis, oppositis, confertis, caule dichotomo, spica quadriflora. W. H. 849. *P. foliis crispis s. Lactuca ranarum altera species (nempe sarmentis rotundis et minime in ambitu serratis)*. C. B. P. 193. F. D. 1264.

Folia conjugata, latiuscula, juxta nervum plicata, ut angustiora videantur, subfalcata, in summa planta congesta. Spica parva, 2—4-flora.

Variat foliis minus plicatis remotioribus.

In stagnis et fossis aquaticis frequens. Jun. Jul. 24.

5) *lucens*; foliis ovato-lanceolatis planis, in petiolos attenuatis, spica multiflora coarctata. SM. II. 847. *P. foliis angustis splendentibus*. C. B. P. 193. ? (In herbario planta fuit cum syn. fratris: *Fontinalis major lucens*. Cf. J. B. H. III. 177.) F. D. 195.

β. Foliis angustioribus.

γ. *acuminatus*; foliorum costa in cuspidem  $\frac{1}{2}$ —1-pollicarem producta; (cf. *P. lucens* BESSEMER Fl. Gall. I. p. 127. et R. et S. not. ad *lucentem*. An ob spicam recurvatam species peculiaris?)

Non autem cum *serrato* confundendus, ob folia serrulata.)

Caules toti immersi. Folia læte viridia, venosa, pellucida, margine serrulato-dentata, costa mucronata. Stipulæ magnæ membranaceæ. Pedunculi plerumque erecti, raro recurvati. Spica cylindrica, laxa, ex fusco-viridis.

Michelfeldæ copiose. Etiam prope *Rheinfelden*. *β.* in *Weiberfeld* unicum exemplar. Jun. Jul. 24.

6) *crispus*; foliis lanceolatis, alternis oppositisve, undulatis, serratis. L. H. 848. \* *P.* (*ramosum in herb.*) *foliis crispis*. C. B. Cat. 57. s. *Lactuca ranarum* (*sarmentis planis*). Pin. 193. F. D. 927. Lob. ic. I. 286.

*β.* Foliis planis, longioribus. Pot. serratus POIRET?

Caules toti immersi. Folia sessilia, pellucida, trinervia, serrulata; inferiora remota alterna, superiora approximata opposita. Spica brevis, pauciflora. In *β.* folia longiora, vix vel non undulata; sed non confundendus cum *P. serrato* W., cui margo est integerrimus. Videtur esse var. plantæ junioris.

In stagnis vulgaris. *β.* in stagno Sclopetariorum et prope Augustam. Majo. 24.

7) *compressus*; foliis linearibus obtusis (mucronulatis, basi biglandulosis) caule compresso. L. H. 851. \**Potamogeton racemosum angustifolium*. C. B. P. 193. Prodr. p. 101. F. D. 203. Lösel. t. 66.

Caules longissimi, filiformes, compressi, nantantes. Folia pellucida, perangusta, linearia, 1-nervia, acuta. Pedunculi compressi, foliis breviores. Spica parva, pauciflora.

Michelfeldæ C. B. Circa Neudorf, Fridlingen. In rivulis prope Mutenz, Breznyl; ad ripam sinistram Rheni inter Kleinfelden et Augst. Jun. Jul. 24.

8) *pectinatus*; foliis setaceis, alternis, duobus superioribus oppositis, parallelis, approximatis, basi vaginantibus, spica florum pedunculata, gracili, sæpe interrupta. DEC. H. 853. \**P. gramineum ramosum*. C. B. P. 193. Prodr. p. 101. P. marinus multor. (an L?) F. D. 186. Vaill. t. 32. f. 5? (Videtur.)

Caules filiformes, articulati. Rami alterni, erecto-patentes, filiformes. Foliola vaginantia, longa, setacea, itidem alterna erecto-patentia, disticha. Stipulæ breves, acutæ, albida, fissæ, foliorum vaginis insidentes. Spica interrupta. Pedunculi caule paulum fortiores.

In fossa ad Birsam inter St. Jacobum et neue Welt Miegius. Im Springbrunnen des Gartens auf der Spithalmatten. Idem. Im Johanniterweiher prope Rheinfelden, Prope Eimeldingen Hallerus.

9) *pusillus*; foliis linearibus oppositis alternisque, stipula angustioribus, basi patentibus, caule tereti, pedunculis axillaribus. SM. H. 852. *P. minimum capillaceo folio*. C. B. P. 193. *Prodr.* 101. (t. MIEG.) Vaill. t. 32. f. 4. F. D. 1451.

Caulis tenerrimus, longissimus. Folia vaginantia, angustissima, brevia. Stipulæ latiusculæ, fuscæ. Spica ovata, pauciflora, basi sæpe interrupta, pedunculo foliis brevior.

*Im Springbrunnen horti Forcardiani Cl. F. Nees. Michelfeldæ Lachen. In fossis humidis circa Delemontium. Jun. Jul. 2.*

RADIOLA. *Cal.* multifidus. *Pet.* 4. *Caps.* supera, 8-valvis, 8-locularis. *Sem.* solitaria.

1) *linoides*; caule ramosissimo dichotomo. SM. H. 840. *Polygonum minimum s. Millegrana minima*. C. B. P. 282. *Linum Radiola* L. *Radiola Millegrana* SM. F. D. t. 178. Vaill. t. 4. f. 6.

Plantula 1—2". Folia opposita, ovata. Flores solitarii, pedunculati, exigui, albi.

Ad Wiesam in arenosis. Mühlhusiæ in sabulosis Cherlerus. Jul. Aug. ☉.

BULLIARDA. *Cal.* turbinatus 4-fidus. *Squamæ* 4, lineares, purpureæ, basi cujusque germinis affixæ, *Stam.* 4—5 et totidem petala.

1) *Vaillantii*; caule erecto dichotomo, foliis oblongis acutis flore pedunculato brevioribus. DEC. Tillæa Vaillantii W. Till. aquatica LAM. GMEL. B. I. 1. Vaill. t. 10. f. 2.

Caulis 1—3", carnosus, rufescens. Folia opposita, carnosa. Flores axillares. *Cor.* pallide carnea, calyce vix longior.

*Auf dem Meierskopf prope Bürgeln, ubi aquæ stagnarunt, amicus Zeiherus. Jun. Jul. ☉.*

SAGINA. *Cal.* 4-phyllus. *Pet.* 4. *Caps.* 4-locul., 4-valvis, polysperma.

1) *procumbens*; ramis procumbentibus (glabris). L. H. 861. \**Alsine fontana*. C. B. Herb. Sturm I. 30. Lindern. H. Als. t. 8. bene. Schk. t. 27.

Caules digitales, radicanter. Folia linearia, mucronata, basi connata. Pedunculi axillares, solitarii, foliis longiores, flore unico subnutante. *Cor.* parva, alba, calyce brevior.

Var. *stam.* 5 et floribus apetalis.

In agris subhumidis, hortis, ambulacris locisque macilentis, arenosis etc. abunde. Majo - Sept. ☉.

2) *apetala*; caule erectiusculo pubescente, floribus subapetalis. CURTIS. Gmel. Bad. I. t. 1.

Caules plurimi capillares, non radicanter, atro-virides. Folia opposita, pubescentia, lineari-subulata.

Pedunculi elongati, rariter pilosi, calyx clausus. Petala alba, minutissima, emarginata.

Haud raro inter segetes obvia. Jun.-Jul. ☉.

3) *erecta*; caule erecto subunifloro. Sm. \**Alsine verna Lugdunensis*. C. B. *Herb.* Mönchia glauca PERSOON. Mönchia quaternella ERH. Vaill. t.3. f.2.

Herba glauca. Caules stricti, divaricati, digit. palmares. Folia lanceolata, rigida, glabra. Pedunculi longissimi, 1-flori. Flores majusculi pauci; calycis foliola margine albido - scariosa. Petala alba, parva, calyce breviora, integra.

§ Prope *Isteim* et *Mühlheim* Vulpinus. (f. *Herb. Lachen.*)  
Idem in agro neglecto glareoso inter *Zienkes* et *Grisheim* a. Gmel. Martio - Majo ☉.

# PENTANDRIA.

---

## MONOGYNIA.

---

HELIOTROPIUM. *Cor.* hypocrateriformis, limbo 5-fido, interjectis dentibus aut plicis; fauce nuda. *Nuculac* 4.

1) *europæum*; foliis ovatis, (integerrimis) petiolatis, (subtomentosis, rugosis) spicis inferioribus simplicibus, supremis gemellis. HALL. 593. \* *H. majus Dioscoridis. C.B.P.* 253. *Cat.* 75. Jacq. a. t. 297. J. B. H. III. 604 et 5. ic. bon.

Subincanum. Caulis erectus vel ascendens, ramosus, 4'' — 1½'. Spicæ incurvæ vel involutæ. Calyces villosi, segmentis lineari-lanceolatis. *Cor.* parvæ, pallide violacæ vel albidæ. Stigma apice 2-fidum. *Nuces* rugosæ.

In agris ad *Uilen* et D. Jacobum C. B. ubi adhuc viget. Cis et trans pontem Wiesæ. *Auf dem Birsfeld.* Versus *Münchenstein*, circa parvam Hüningam, et in agris et *der Sandgrube* extra portam Johanneam; ad dextram viæ versus *Eimeldingen.* Jul. Aug. ☉.

MYOSOTIS. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida, submarginata. *Faux* clausa squamulis convexis.

1) *palustris*; foliis obovato-lanceolatis, obtusis, scabriusculis, racemis ebracteatis, pedicellis in fructu divergentibus, calyce 5-dentato obtuso patente fere duplo longioribus, limbo explanato, tubo longiore. LEHM. II. 591. *Echium scorpioides palustre*. C. B. P. 254. cum *sylvat.* M. scorpioides W. Sturm. I. 5. Knorr Th. t. H. 4.

Rad. perennis. Caulis glabriusculus. Folia læte viridia, pilis brevissimis obducta. Calycis pili adpressi. *Cor.* majusculæ, azureæ, fauce flava; semina lævia.

Var. fl. albo et carneo.

In palustribus, ad fossas aquaticas, rivulos frequens. Majo - Jul. 24.

2) *sylvatica*; foliis oblongo-lanceolatis, obtusiusculis, molliter hirsutis, racemis longissimis, laxis, ebracteatis, pedicellis in fructu divergenti-patentibus calyce 5-fido clauso paulo longioribus, limbo explanato, tubo longiore. LEHM, II. 591. β. C. B. *syn. ante cit.* M. montana BESSER. M. scorpioides F. D. 583. Ic. a sinistra. Ray syn. III. f. 2. t. 9.

β. Humilis, (2 — 4 uncialis.)



Caulis et folia quam in priori magis hirsuta. Racemi densiores, flores parviores, calycis pilis incurvatis patulis.  $\beta$ . cæspitosa, caule pilis patentibus canescenti-villoso.

In sylvaticis montosis frequens.  $\beta$ . in glareosis ad Birsam. Jun. Jul. 24.

3) *arvensis*; (annua) calycibus 5-fidis, hamo-hispidis, tubo corollæ subæqualibus, racemis multifloris, fructiferis elongatis, patienti-strictis, pedunculis distichis cernuis, caulibus erectis sub-ramosis, foliis caulinis ligulatis. BESSER. H. 590. \**Echium scorpioides arvense*. C. B. P. 254. Cat. 75. *vulgatum* in hb. M. annua MÖNCH.

$\beta$ . E. *majus et hispidius* in B. hb.

$\gamma$ . *versicolor* PERSOON; subcæspitosa, caule filiformi elongato, floribus minutis flavis et purpureis. Hall. l. c. pro var. \**E. scorp. minus flosculis luteis*. C. B. P. 254. Prodr. p. 119. (nec ad M. *luteam*.) M. collina HOFFM. F. D. 583. ic. a dextra.

$\delta$ . *ramosissima*.

Hirsuta. Caulis pili patentes, ramorum adpressi, calycis patentissimi uncinati. Cor. prioribus minores, cærulescentes vel albidæ. In  $\beta$ . caulis floriferus prælongus, flosculis racemosis, pedicellatis, distantibus. Flosculi minuti, flavi, vel flavi et

cœrulei.  $\gamma$ . humilior, cæspitosa, ramosissima, ramis flexuosis.

In agris, arvis frequentissima.  $\beta$ . in agris lapidosis inter segetes.  $\gamma$ . locis macilentis passim. Majo. Jun. ☉.

(*Myos. Lappula* apud nos hucusque frustra desideratur.)

LITHOSPERMUM. *Cal.* 5-partitus, persistens. *Cor.* infundibuliformis, fauce perforata, nuda. *Sem.* ossea, nitida.

1) *officinale*; seminibus lævibus, corollis vix calycem (scaberrimum) superantibus, foliis lanceolatis acutiusculis, venosis. Sm. H. 595. \* *L. majus erectum*. C. B. P. 258. Cat. 76. Sturm I, 5. F. D. 1134.

$\beta$ . \* *L. minus erectum*. P. l. c. (non *Lobellii*, quod ad *L. purpureo-cœrul.* refer.)

Caulis durus, scaber, 1 — 2'. Pili foliorum supra e tuberculis albidis exeuntes. Flores spicato-racemosi, ochroleuci. *Sem.* alba, nitidissima.

In dumetis et sepibus abunde; v. gr. ad Birsam, Birsecum. Circa patibulum, *Mönchenstein*, *Mutenz*, *Cliben* et *Neubaus* etc. In insulis Rheni. In sylvis. Majo. — Julio. (♂?) 2.

2) *arvense*; seminibus rugosis, cor. vix calycem superantibus, foliis obtusis, (lanceolato-linearibus) aveniis. Sm. H. 594. \* *Lith. arvense radice rubra*. C. B. P. 258. Cat. 76. F. D. 456.

Priori humilior. Rad. annua, rubra, tinctoria. Caulis setis adpressis scaber. Flores albidii. Sem. fusca, scabra, rugosa.

In agris, arvis, ruderalis, vineis frequens. Apr.-Jun. ☉.

3) *purpureo-cæruleum*; sem. lævibus, calycibus corollæ tubum subæquantibus, caulibus floriferis erectis, sterilibus repentibus. M. a B. H. 596. \* *L. minus repens latifolium*. C. B. P. 258. Cat. 76. Jacq. a. t. 14. Pöm. F.E. fasc. 6. Lob. ic. 458 ex Dod. Bene.

Rad. lignosa, stolones steriles emittens. Caules floriferi 1--1½', erecti. Racemi gemini, breves, foliosi. Cor. speciosæ, calyce plus duplo longiores, primum violaceæ, dein purpureæ, facile deciduæ. Semina nitida, alba.

In dumetis ad dextram viæ, qua itur versus Mutenz, inter *Schänzelin* et pontem Birsæ. In sylva, per quam via ducit ex pago Mutenz versus *Münchenstein*. Prope *Dornach* et *Aesch*. Versus *Kembs* et prope *Istèin* retro arcem. Prope *Mühlheim* in sylvosis montis *Oelberg*. Prope Delemontium. Maio. Jun. 4.

ANCHUSA. Cor. infundibuliformis, fauce clausa squamis 5 fornicatis, oblongis. Sem. basi insculpta.

1) *angustifolia*; racemis subnudis, conjugatis. L. H. 599. (t. B. syn. promiscue cum *paniculata*).

\* *Buglossum angustifolium minus*. C. B. P. 256. Lob. ic. I. 576. f. 2.

Caulis  $1\frac{1}{2}$  — 2', angulatus, hispidus, ramosus, paniculatus. Folia lineari-lanceolata, basi attenuata, denticulata, strigoso-hirsuta. Racemi plerumque gemini, revoluti; bracteae lanceolatae. Cor. caerulea vel incarnata.

In agris Hüningensibus. Cherlerus t. Hall. Sed ex eo tempore latuit. Majo. - Jul. 24.

CYNOGLOSSUM. Cor. infundibuliformis fauce clausa squamis fornicatis. Sem. depressa, latere interiore stylo adpressa:

1) *officinale*; foliis lato-lanceolatis, undulatis, utrinque tomentosis, (radicalibus petiolatis, caulinis) sessilibus subconfertis, seminibus tuberculatis. SCHMIDT. BOH. H. 587. \* *C. majus vulgare*. C. B. P. 257. Cat. 76. Sturm, I. 9. Blackw. t. 249.

β. Foliis angustioribus. *C. medium*, P. l. c.

Odor nauseosus ex foliis tritis. Folia mollissima. Racemi subsecundi, paniculati, terminales, apice reflexi. Cor. sordide rubrae.

Var. fl. albo.

In incultis, ad vias, fossas passim; v. gr. juxta viam magnam ante portam Albanam versus *der Birnbrücke*; prope *Mutenz*. Majo - Jul. ♂.

(Primo anno nonnisi folia radicalia in rosulam expansa

apparent, unde var., de qua *Dioscorides*, *Matthiolum* etc. loquuntur; secundo demum anno caulis exsurgit. L a c h )

2) *sylvaticum*; caule erecto, foliis inferioribus subspathulato-lanceolatis, superioribus subamplexicaulibus, ovato-oblongo-acutis, supra glabrusculis, lividis, subtus scabris, racemis ebracteatis, stam. inclusis. LEHM. H. 588. \* *C. sempervirens*. C. B. P. 257. *Prodr.* 119. *C. sylvat.* SM. et HAENKE. *C. apenninum* ROTH. (et LACH. in herb.) *C. officinale* γ. L. *Spec. Pl.*

Foliis læte virentibus, (non tomentosis) racemis sparsis, floribus cœruleo-rubentibus et odore non ingrato a priori differt.

Prope *Rothenfluh* Cl. Zeiher. Statim ante cavernam *Neunbrunn* Lach. Ibidem Cel. Burkh. Jun Jul. ♂.

PULMONARIA. *Cal.* prismatico - 5 - gonus. *Cor.* infundibuliformis, fauce pervia. *Sem.* 4 subrotunda.

1) *officinalis*; foliis asperis, caulinis sessilibus, lanceolatis, acutis, basi attenuatis, radicalibus superioribus cordatis, petiolatis, corollarum fauce glabra. SCHRANK in *Nov. Act. Phys. Med. Acad. N. C. T. IX. H. 597.* \* *Symphytum maculosum* s. *Pulmonaria latifolia*. C. B. P. 259. *Cat.* 76. F. D. 482. Schk. t. 30.

Folia radicalia tempore deflorationis longiuscula

petiolata, cordata, acuta. Flores corymboso-racemosi, purpureo-carnei, dein cœrulei. Faux glabra.

In sylvis cæduis et nemoribus frequens. Mart.-Majo. 24.

2) *angustifolia* β.; foliis asperis, lanceolatis, acutis, utrinque attenuatis, radicalibus serioribus elongatis, latiusculis, in petiolum attenuatis, corollarum fauce barbata. SCHRANK. l. c. sub *P. tuberosa*. H. 598. \**Symphytum* s. *Pulmonaria angustifolia altera*. C. B. herb. quod *P. angustifolia flore cœruleo rubente*. P. 260. Cat. 77. (Huc t. specim. et loco nat. in Catal.) *P. angustifolia* GMEL. WILLD. *P. angustifolia oblongata* R. et S. Tabern. p. 948. f. 4. s. Pulm. IV.

(Specimen alterum, foliis angustis fere lineari-lanceolatis, in Bauh. hb. obvium, nomen adscriptum habet: *Symph. s. Pulm. angustifolia* quod est *Symph. mac. s. P. ang. cœrul. P. l. c.*, procul dubio ad *Pulm. angustifoliam* SCHRANKII sive *Pulm. I. Tab. l. c.* pertinens, quodque Bauh. non in agro basil. legit, sed a *Jungermannio* obtinuit.)

Caulis quam in priori altior. Folia omnia lanceolata, aspera, radicalia petiolata, longa, utrinque attenuata, ad 3 digitos lata.

Ad rivulum circa novam domum C. B. In sylva *die Hard*;

aus dem Gruth, circa Mutenz, Crenzach Lach. Mihi nondum colligere contigit. Apr. Majo 24.

(Vestigia *P. mollis* Wolfii in Hb. Lach. repperio, sed absque loci natalis indicio, ut nimis temere pro cive reciperem.)

**SYMPHYTUM.** *Cal.* 5 - partitus, 5 - gonus. *Cor.* limbus tubulato-ventricosus, fauce clausa, radiis 5 subulatis conniventibus.

1) *officinale*; foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. L. H. 600. \* *Symph. Consolida major.* C. B. P. 259. Cat. 76. F. D. 1596.

α. Flore albo vel ochræleuco. *Consolida fœmina.* P. l. c. in not. S. officinale HOFFM.

β. Flore purpureo calyceque patente. \* *Cons. mas.* P. l. c. S. patens HOFFM. Sturm, I. 17.

Caulis 2', cum foliis scaber; folia radicalia in petiolum decurrentia, caulinis latiora. Flores corymboso - racemosi, nutantes.

Ad fossas et in umbrösis subhumidis. Majo - Aug 24.

**CERINTHE.** *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* limbus tubulato - ventricosus, fauce pervia. *Nux.* 2 - locularis.

1) *minor*; foliis amplexicaulibus integerrimis, corollis acutis clausis. JACQ. (\**Cynoglossum montanum minus.* C. B. in herb. ad maculatam.)

Caulis 1 — 1½'. Folia supra papillulis albis plerumque adspersa, subtus glauca, apice non emarginata. Flores axillares, nutantes, superne in spicam subrevolutam congesti. Calycis foliola 5, inæqualia, duobus majoribus. Cor. flavæ, tubulosæ, laciniis acuminatis.

(In hb. LACH. *C. minorem cum maculata promiscuam* deprehendo, ut difficile sit dictu, quænam sponte fuerit reperta. Etiam *Bauh.* planta ad posteriorem pertinet, non autem in agro basil. lecta.)

In agris circa *Pfirt.* (*Ferrette*) oppidulum Sundgovix, 4 ab urbe leucas distans. Lach. Jun. Jul. ♂.

**BORAGO.** *Cor.* rotata, fauce radiis 5 clausa.

1) *officinalis*; foliis inferioribus obovatis, basi attenuatis, limbi laciniis ovatis, acutis, explanatis. LEHM. H. 607. \* *Buglossum latifolium*. C.B.P. 256. *Cat.* 75. Sturm. I. 8. Knorr Thes. I. t. B. 1. Schk. t. 31.

Caulis 1 — 1½', hispidus. Folia rugosa, scabra. Racemi secundi, nutantes. Flores cyanei, radiis staminibusque nigris. Var. flore albo et carneo.

In cultis, ruderatis et hortorum rejectaneis quasi spontanea. Majo - Sept. ☉.

**ASPERUGO.** *Cal.* fructus compressus, lamellis plano - parallelis sinuatis. *Cor.* rotata, fauce fornicibus obtusis clausa.



1) *procumbens*; calycibus fructus compressis. L. H. 606. \**Buglossum sylv. caulibus procumbentibus*. C. B. P. 257. F. D. 552.

Caules  $1\frac{1}{2}$ —2', procumbentes vel scandentes, angulosi, scaberrimi. Folia opposita, ovato-oblonga, amplexicaulia, hispida, carina et margine hamis ciliata. Flores axill. parvi, cœruleo-vio-  
lacei. Calyx fructus maximus, profunde lobatus.

Stirps patriæ meridionalis indigena ceu sponte occurrit ad ædes posteriores *Schellenhaus* dictas, juxta hortum botanicum sitas, ex quo sine dubio olim emigraverat. Apr. Majo. ☉.

**LYCOPSIS.** *Cal.* inflatus aut ventricosus. *Cor.* infundibuliformis, tubo incurvato, fauce clausa squamis 5 convexis.

1) *arvensis*; foliis lanceolatis, (semiamplexicaulibus) calycibus florentibus (desfloratisque) erectis. L. H. 605. \**Buglossum sylvestre minus*. C. B. P. 256. *alterum s. asperius*. *Ibid. et Cat.* 75. *Anchusa arvensis* M. a B. LEHM. F. D. 435. Schk. t. 31.

Tota planta setoso-aspera. Caulis  $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$ '. Folia margine eroso-dentata, undulata. Flores racemosi, parvi, pallide cœrulei, corollæ tubo incurvato. (Recentiores ad genus *Anchusæ* relegant.)

In agris et dumetis viæ Riehanæ C. B. In agris et vineis lapidosis passim; v. gr. *in der Sandgrube* cis pontem.

Wiesæ. In incultis versus *Wyl*, *St. Louis*, *Hünningen* etc. Prope *Easelangst* in agris. Majo. (Nonnunquam per totam æstatem conspicitur et sæpissime autumnò iterum) ☉.

**ECHIUM.** *Cor.* irregularis, subcampanulata, fauce nuda. *Stigm.* bipartitum.

1) *vulgare*; caule herbaceo, tuberculato, hispido, foliis lineari-lanceolatis, hispidis, spicis lateralibus approximatis, staminibus corolla (sub) longioribus. *W. H.* 603. \* *E. vulgare.* *C. B.* *P.* 254. *Cat.* 75. *Sturm.* I. 18. *Schk.* t. 32.

*β.* Minus, ramosius, subdecumbens, spicariore simplici. *E. vulgare β.* *SM.*

Caulis 2—4', pilis setosis e tuberculis fusco-purpureis prodeuntibus obsessus. Folia tuberculata, scabra. Flores in spicam pyramidatam densam dispositi, bracteati, subsecundi, primum rosei vel purpurei, dein cœrulei.

Var. flor. albis et carneis.

Ad vias et agrorum margines, locis sabulosis apricis frequens. Jun.-Oct. ♂.

(Lusus caule fasciato occurrit in herb. *B a u h.* Cf. etiam *Hall.* l. c. var. *δ.*)

**ANDROSACE.** *Involucrum* umbellulæ polyphyllum. *Cor.* hypocrateriformis, tubo ovato, fauce glandulosa, *Caps.* 1-locularis, ovato-globosa.

1) *lactea*; caulescens, glabra, foliis linearibus, nitidis, integerrimis, apice ciliatis, umbella pauciflora, pedunculis elongatis, corollis calyces turbinatos superantibus. SPRENGEL. H. 622. (excl. Bauh. syn.) \* *Sedum alpinum gramineo folio lacteo flore.* C. B. P. 284. Cat. 83. A. pauciflora VILL. II. t. 15, Jacq. a. t. 333.

Scapi simplices, 4—6". Folia radicalia in rosulas congesta, linearia, angusta, glabriuscula (sub lente hispidula). Flores vel solitarii vel umbellati, pauciflori. Pedunculi longi. Cor. nivea, petalis obcordatis.

In M. *Wasserfallen* C et J. B. In rupe circa *Schauenburg*. In M. *Dornach*, *Kallen*, *Belchen*, *Vogelberg*. (Frequens in M. *Meisenstein*)

PRIMULA. *Involucrum* umbellæ. Cor. tubus cylindricus, ore patulo. Caps. teres, 1-locularis, apice 10-dentata dehiscens.

1) *veris*; foliis dentatis, rugosis, subtus hirsutis, umbella multiflora, floribus omnibus nutantibus, calycibus angulatis, corollæ limbo concavo brevissimo. LEHM. H. 610. \* *Verbasculum pratense odoratum*. C. B. P. 241. Cat. 70. P. *veris*  $\alpha$ . *offic.* L. P. *officinalis* JACQ. Sturm. I. 14. Schk. t. 33.

Scapi 5—9". Flores odorati, flavi, maculis intus aurantiacis.

In pratis et pascuis siccis vulgaris. Mart. Apr. 24.

2) *elator*; foliis dentatis, rugosis, utrinque hirsutis, umbella multiflora, floribus exterioribus (demum) nutantibus, calycibus angulatis, corollæ limbo plano. LEHM. H. 609. \* *Verbasculum pratense vel sylvaticum inodorum*. C. B. P. 241. Cat. 70. P. veris  $\beta$ . *elator* L. P. inodora HOFFM. SUTER. Sturm I. 14. Knorr Thes. I. t. S. 9.

Scapus quam in priori altior, folia ampliora, minus rugosa. Pedunculi longiores; cor. fere inodora, major, pallidior, limbo plano.

(Innumeras prioris et hujus varietates *callianthas* in hortis colunt.)

In pratis montanis frequens. Apr. Majo 4.

3) *acaulis*; foliis obovato-oblongis, dentatis, rugosis, subtus villosiusculis, umbella radicali, pedicellis longitudine foliorum, corollæ limbo plano. LEHM. H. 608. \* *Verbasculum sylvestre majus singulari flore*. C. B. P. 241. et minus in hort. sicc. P. *elator*  $\beta$ . *acaulis* W. Pr. uniflora GMEL. P. vulgaris SM. P. grandiflora DEC. P. variabilis BASTARD. Sturm. I. 14. Lob. ic. I. p. 568. ic. 2.

$\beta$ . \* *Verbasculum proliferum herb.*

Scapi plures, breves, longitudine foliorum, subuniflori. Cor. magna suaveolens, stylo longitudine tubæ corollæ, pallide lutea, rarissime alba. Cf. C, B, 1, c.

In hortis floribus plenis occurrit.

Circa *Liestal*. In *M. Vogelberg*. Mart. - Majo. 24.

4) *farinosa*; foliis cuneato-lanceolatis, rugosis, crenato-dentatis, subtus dense pulverulentis, umbella multiflora, pedunculis patentibus, tubo ore glanduloso, limbo plano, longitudine fere tubi. LEHM. II, 623. *Verbasculum umbellatum alpinum minus*. C. B. P. 242. \* *Verb. cœruleum umbellatum herb.* Sturm. I. 14.

Scapus 4—8". Folia in orbem expansa, albo subtus polline adspersa. Flores amœne rubentes vel cœruleo-purpurascens, limbo plano emarginato.

In udis sylvæ *dic Hard* prope *Delemontium*. Apr. Majo 24.

5) *auricula*; foliis obovatis integerrimis serratisve carnosis, scapo centrali folia subæquante, umbella erecta, involucri foliis brevissimis rotundatis, calycibus (sub) pulverulentis. LEHM. II. 612. \* *Sanicula alpina lutea*. C. B. P. 242. Jacq. a, t. 415. Sturm. I. 14. Lob. ic. I. p. 569. 2.

Folia pruinosa, margine pilis brevibus glandulosis obsessa. Scapus florigerus digitalis, fructiferus palmaris et ultra, corollarum limbi plani, sulphurei, faux pulverulenta.

(Hæc mater est omnium diversissimis coloribus mire ludentium varietatum hortorum.)

In summo monte *Belchen* Nostr. et in vicino *Ankerallensflueb*, *Geisflueb* aliisque rupibus altioribus confinibus. *Auf der Hornflueb*. In *M. Rehhag*, *Paschwang*, *Vogelberg*, *Gilgenberg*. Ad arcem *Falkenstein* et *Vorburg* prope *Delemontium*. (In *M. Weissenstein*.) Majo. Jun. 24.

**MENYANTHES.** *Cor.* infundibuliformis, limbo patente 5-lobo æquali, intus hirto. *Caps.* ovato-globosa, parietibus seminiferis.

1) *trifoliata*; foliis ternatis, corollis barbatis. . . H. 633. \* *Trifolium palustre*. *C. B. P.* 327. *Cat.* 92. *F. D.* 541. *Sturm.* I 8.

Rad. longe repens, articulata. Scapus erectus,  $\frac{1}{2}$  — 1', lateraliter emergens. Folia vaginantia, longe petiolata, foliolis natantibus subovatis. Flores racemosi, speciosi, ex albo-incarnati, limbo barbato.

Variat foliis latioribus et angustioribus.

*Michelfeldæ*; im *Weiberfeld*. Majo. Jun. 24.

**VILLARSIA.** *Cor.* rotata, tubo brevi, limbo patente 5-lobo, lobis margine ciliatis. *Caps.* 1-locularis, ovato-lanceolata, valvularum axibus seminiferis.

1) *nymphoides*; foliis cordato-orbiculatis natantibus, floribus umbellatis, corollis ciliatis.

VENTENAT. *Nymphaea lutea minor flore fimbriato*. C. B. P. 194. *Menyanthes nymphoides* L. *Waldschmidtia nymphoides* PERSOON. *Schweickhertha nymph.* GMEL. Sturm. I. 13. F. D. 339.

Caules prælongi, in aqua repentes. Folia petiolata, natantia, subtus punctato-glandulosa. Pedunculi longi uniflori, deflorati demum recurvati, immersi. Cor. luteæ, tubo intus barbato.

Michelfeldæ rarissima. Jun. Jul. 24.

HOTTONIA. Cor. hypocrateriformis. Stam. tubo corollæ imposita. Caps. 1-locularis.

1) *palustris*; caule multifloro, pedunculis verticillatis. Sm. H. 632. I. \* *Millefolium aquaticum* s. *Viola aquatica caule nudo*. C. B. P. 141. Cat. 42. II. \* *M. aquat. equisetifolium caule nudo*. P. l. c. Cat. 43. quod HALLERUS habet pro varietate et quod idem est cum \* *M. aq. umbellato capillaceo brevique folio in Hb.* (At *Dodonæus* p. 584. duas hujus plantæ icones nobis exhibet, alteram bonam, folia superiora latiora extra aquam nata sistentem, alteram deteriorem, folia inferiora sub aquis nata magis angusta repræsentantem, unde veniunt duæ illæ *Fratr. Bauh.* species, quæ nequidem varietates sunt. LACH.) Schk. t. 35. F. D. 487.

Radix articulata, valde repens. Scapus 1',

fistulosus. Folia pectinato - pinnatifida, immersa. Thyrsus longe supra aquam elatus, flores gerens incarnatos vel albidos, fauce flava.

Majo. Jun. 24.

**LYSIMACHIA.** Cor. rotata, 5 - fida. Caps. globosa, apice dehiscens, multivalvis.

1) *vulgaris*; racemis terminalibus compositis, foliis oppositis ternis quaternisve oblongo - lanceolatis. W. H. 630. \* *L. lutea major*. C. B. P. 252. quæ *Dioscoridis*. Cat. 70. F. D. 689.

Caulis firmus, erectus, 2 - 4', pubescens. Folia supra punctis nigris conspersa. Cor. saturate lutea, staminibus monadelphis. Calycis foliola. linea rubra marginata.

Var. foliis binis, ternis, quaternis, rarissime quinis.

In umbrosis humidis vulgaris. Jun. Jul. 24.

2) *nemorum*; foliis (oppositis) ovatis, acutis, floribus solitariis, caule procumbente. L. H. 628. \* *Anagallis lutea nemorum*. C. B. P. 252. Cat. 74. Sturm. I. 1.

Caulis radicans, simpliciusculus. Folia glaberrima, subtus punctata. Pedunculi axillares, longi, uniflori, demum penduli. Cor. aurea, tenella.

In sylvaticis humidis. Jun. Jul. 24.



3) *nummularia*; pedunculis axillaribus solitariis, folio brevioribus, foliis oppositis, cordato-subrotundis, caule repente... H. 629. † *Nummularia major lutea*, C. B. P. 309. Cat. 89. Schk. t. 36. F. D. 493.

β. \* *N. minore flore*. C. B. herb. Tabern. p. 1261. ic.

Caulis compressus, repens, decumbens. Folia glaberrima, sursum directa. Cor. magna, lutea, punctis nigris adpersa. Stamina glandulosa.

In sylvis et dumetis ad arborum radices et ad fossarum humidarum margines. Jun. Jul. 24.

ANAGALLIS. Cal. 5-partitus, laciniis carinatis. Cor. rotata, 5-loba. Filam. basi villosa. Caps. circumscissa.

1) *phœnicea*; laciniis calycinis lanceolatis corolla brevioribus, petalis crenulato-glandulosis, capsulis calycem subæquantibus, foliis 3-nerviis... H. 625. \* *Anagallis phœniceo flore*. C. B. P. 252. Cat. 74. A. arvensis β. L., A. mas VILL. Sturm. I. 4. Schk. t. 63.

Caulis debilis, procumbens, digit. palmaris. Folia opposita, trinervia, subtus punctata. Pedunculi 1-flori, filiformes, fructiferi nutantes. Cor. phœniceæ. Caps. 5-lineata.

In agris, arvis, ruderatis. Jun. Jul. ☉.

2) *cærulea*; laciniis calycinis linearibus corollam æquantibus, petalis crenulatis, capsulis calyce brevioribus, foliis 5-nervibus. . . H. 626. \* *Anagallis cæruleo flore*. C. B. P. 252. Cat. 74. A. arvensis  $\alpha$ . L. A. fœmina VILL. F. D. 1570.

$\beta$ . Major, foliis subverticillatis. *A. cærulea foliis binis ternisve ex adverso nascentibus*. C. B. P. l. c. A. verticillata All. t. 85. f. 4? (Cf. Loisel. not. p. 40.) A. Monelli  $\beta$ . W.

Habitu majore, corolla minore cærulea et caps. 10-lineata a priori facile discernitur. In  $\beta$ . caulis primo procumbit, dein erigitur, altior est, crassior, tot angulis membranaceis percursus, quot folia ex adverso nascuntur, 2—4 quandoque et 5. Proxime accedit ad *A. verticill.* All. p. 87., sed differre videtur foliis 5-nervibus, ovato-lanceolatis et floribus calyce parum (non duplo) longioribus. Tardius floret. An species? An var. luxurians?

In agris.  $\beta$ . passim in aggeribus; v. gr. circa *Holé*, *Mutenz.* Majo—Aug.  $\beta$ . Sept. Oct. ☉.

3) *tenella*; foliis ovatis acutiusculis, pedunculis folio longioribus, caule (filiformi) repente. L. *Nummularia minor, purpurascens flore*. C. B. P. 310. *Prodr.* p. 136. c. ic. \* *Nummul. purpurea in herb.* Irasekia alpina SCHMIDT. Gmel. Bad. t. III.

Caulis digitalis, debilis, decumbens; folia

opposita, subrotunda, mucronulata; pedunculi foliis 3plo longiores. Cor. pallide rubella, calycem plus duplo excedens. Stam. pilosa.

In insula natante *auf dem Nonnatsweiber* montis *Belchen* Bad. t. Gmelino. Jul. Aug. ☉.

CONVOLVULUS. Cor. campanulata, 5-plicata. *Stigm.* 2. *Caps.* 2 - (3) - locularis, loculis dispermis.

1) *arvensis*; caule volubili, (procumbente) foliis sagittatis, utrinque acutis, pedunculis 1 - floris (bracteis linearibus a flore remotis). L. II. 664. \**C. minor arvensis*. C. B. P. 291. Cat. 85. Schk. t. 38. F. D. 569.

Caulis repens plantas arcte circumvolvens. Flores albi, plicati, suaveolentes, extus roseo mixti.

In agris, vineis et hortorum incultis frequens. Jun. Jul. ♄.

2) *sepium*; foliis sagittatis, postice truncatis, pedunculis tetragonis 1 - floris (bracteis cordatis maximis flori approximatis). L. II. 663. \**C. major albus*. C. B. P. 294. Cat. 85. Sturm. I. 1. Schk. t. 38. F. D. 458.

Caulis prælongus, ad plantas altiores et frutices scandens. Flores candidi, speciosi.

In dumetis et ad sepes præsertim humidis. Jun.-Sept. ♄.

**POLEMONIUM.** *Cal.* urceolatus, semi 5-fidus. *Cor.* campanulato-rotata, fundo clausa, valvis staminiferis. *Stigm.* 3-fidum.

1) *cæruleum*; foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus corollæ tubo longioribus. L. H. 665. *Valeriana cærulea.* C. B. P. 161. \* *Valeriana peregrina cærulea.* Herb. Sturm. I. 27. F. D. 255.

*β. flore albo. P. l. c. inter-var.*

Culmus 1—1½'. Folia impari-pinnata, multijuga, foliolis obliquis ovato-lanceolatis. Flores corymbosi, speciosi, cærulei, fauce albid.

In dumetis ad Birsecum inter portam lapideam et locum supplicii. Ad Birsam prope *neue Welt* et *Rütibard.* *Auf dem Birsfeld.* In pratis udis ad Rhenum e regione pagi *Meckel-Lach.* Majo. Junio. 4.

**CAMPANULA.** *Cor.* campanulata; fundo clauso, valvis 5 staminiferis. *Stigm.* 3-fidum, *Caps.* infera, poris lateralibus dehiscens.

\* Foliis angustioribus.

1) *rotundifolia*; subglabra, foliis radicalibus subrotundo-cordatis, crenatis (cito pereuntibus) caulinis linearibus, integerrimis. Dec. H. 701. F. D. 855. Lob. ic. I. 328. f. 1.

*α.* Major, 1½—2'. \* *Rapunculus nemorosus angustifolius parvo flore,* C. B. P. 93. Cat. 26.

$\beta$ . Minor,  $\frac{1}{2}$  — 1'. *Campanula minor rotundifolia vulgaris*. P. 93. Cat. l. c. F. D. 1086.

Folia radicalia petiolata, cordata, sæpe mox evanitura; caulina infima ovato-lanceolata, denticulata, superiora linearia, integra. Flores subpaniculati, subnutantes, cærulei, calycis dentibus subulatis corollæ tubo plus dimidio brevioribus.

$\alpha$ . In sylvis locisque umbrosis.  $\beta$ . In muris, arvis, rupibus, aliisque locis siccioribus apricis. Jan. Jul. 24.

2) *linifolia*; foliis radicalibus oblongis vel obovatis, caulinis linearibus subconfertis, calycis laciniis setaceis corollæ tubum subæquantibus, caule paucifloro... H. Enum. 494. N°. 13. *C. alpina linifolia cærulea*. C. B. P. 93. Prodr. 34. Cat. 26. (In B. Hb. desideratur. Specim. a divo HALLERO b. LACHENALIO missum, ad var.  $\alpha$ . pertinet.)

$\alpha$ . Glabra. *C. linifolia* DEC. *C. Schleicheri* SUT. *C. Scheuchzeri* VILL. t. 16? (var. 1-flora.)

$\beta$ . Pubescens. H. 700. *C. linifolia* HAENKE. JACQ. SUT. *C. Valdensis* All. t. 6. f. 1.

A priori potissimum differt: Floribus paucioribus, 1—4, corolla patentiore, calycis segmentis magis erectis, corollam immaturam superantibus, maturæ tubum fere æquantibus.

(Cæterum in hac, ut in priori, folia formam

varie mutant et in caule vel rariora conspiciuntur vel confertiora.)

*α.* In M. *Wasserfallen*; etiam nuper inventa. *β.* Ibidem C. B. Ad rupes M. *Belchen* Bad. Jul. Aug. 24.

3) *pusilla*; foliis omnibus serratis, radicalibus cordato-ovatis, firmis, nitidis, caulinis linearibus; alternis, remotis. HAENKE apud JACO. H. 702. \* *C. minor rotundifolia alpina*. C. B. P. 93. *Prodr.* 34. c. *bon. ie. Cat.* 26. \* *C. rotundifolia minima*. P. et *Prodr.* l. c. (ad specim. parvum vix biunciale ex Rhætiae montibus; t. Hb.)

*β.* Caule foliisque infer. pubescentibus. C. *pusilla β. pubescens* DEC.

Caules 4—7", adscendentes. Folia laete viridia; radicalia numerosa, caespitosa, petiolata, cordato-ovata vel ovata, dentato-serrata, caulina lineari-lanceolata, serrata, in *α.* glabra, in *β.* pubescentia. Corolla pulcra; patula, dilute caerulea, calycis segmentis setaceis rectis, corollae tubo plus dimidio brevioribus.

(Locis umbrosis humidis folia radicalia magis rhombœidea eveniunt et tunc ad *C. caespitosam* SCOP. accedit, si hæc unquam specie differt.)

Ad muros in ripa Rheni infra *der Pfalz* et suburbii D. Albani. Ad rupes arcis *Burg*. In M. *Wasserfallen*. Ad saxosa prope *Wallenburg* et *Langenbruck*. Ad muros et rupes arcis *Ramstein*; in M. *Belchen* B. *β.* inter *α.* Ad arcem *Ramstein* C. B.

4) *patula*; foliis strictis, (subpubescentibus) radicalibus lanceolato-ovalibus, (in petiolum attenuatis) panicula patula, calyce denticulato. SM. H. 698. *C. minor rotundifolia flore in summis cauliculis*. C. B. P. 93. F. D. 373.

Caulis 1 — 1½', erectus, angulosus, superne ramosus. Panicula terminalis patentissima. Flores terni. Cor. dilute purpureo-cœrulea, calycis segmentis lineari-setaceis, utrinque ad basin denticulo instructis.

Apud nos rara. Inter *Crenzach* et *Bettingen* ad oram sylvæ Cl. *Zeiherus*. Jun. Jul. ♂.

5) *Rapunculus*; radice fusiformi, foliis undulatis pilosis, radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata (multiflora). PERSOON. H. 699. \**Rapunc. esculentus*. C. B. P. 92. Cat. 25. Schk. t. 39. F. D. 1326. (Sed panicula nimis patens.)

β. *hirsuta*; Rap. escul. folio hirsutiore. J. Hag. Hort. sicc.

Rad. fusiformis, edulis, dulcis. Caulis 2 — 3', angulatus, inferne hirsutus. Corollæ ventricosæ, cœruleæ vel purpureæ. Calycis segmenta setacea. In β. caulis et folia hirsuta.

In pratis siccioribus, vineis, aggeribus viarum, ad sepes. β. In dumetis viæ *Richanæ*. α. Circa *Cliben* J. Hagenb. t. Hb.

6) *persicifolia*; (subglabra) foliis radicalibus obovatis, (in petiolum decurrentibus) caulinis lanceolato-linearibus, subserratis, sessilibus, remotis. L. H. 697. \* *Rap. persicifolius magno flore*. C. B. P. 93. Cat. 26. F. D. 1087.

β. \* *Rap. nemorosus angustifol. magno flore minor*. P. 93.

γ. *Grandiflora*. \* *Rap. nemorosus angustifol. magno flore major*. P. et Cat. l. c.

Caulis  $1\frac{1}{2}$ —3', simplex, erectus, pauciflorus. Foliorum serraturæ remotæ, apice cartilagineæ. Cor. magnæ, patulæ, speciosæ, cœruleæ.

Variat caule 1-floro, foliis latioribus et angustioribus, floribus albis et caule foliisque pubescentibus.

In pratis, dumetis, nemoribus. β. præcipue in montanis. Copiose in sylvula prope *Altschwyler*. Jun. - Aug. 24.

\* \* Foliis scabris, latioribus.

7) *latifolia*; caule simplicissimo foliisque ovato-lanceolatis subpubescentibus, pedunculis axillaribus 1-floris, calyce glabro brevioribus. M. a B. Suppl. H. 691. *C. maxima foliis latissimis*. C. B. P. 94. F. D. 782. J. B. H. II. 807. ic.

Caulis simplex, 2—3', læviter sulcato-angulatus, glaber. Flores ex alis superioribus breviter pedunculati; calycis glabri segmenta lanceolata,



subtilissime serrulato-scabra, patentia; cor. speciosa, 5-fida, laciniis acuminatis, margine pubescentibus.

*In der Hard Zeiherus. Jun. Jul. 2.*

8) *rapunculoides*; caule tereti foliisque subhirsutis, inferioribus subcordatis, superioribus lanceolatis, floribus secundis sparsis, calycibus reflexis scabris. M. a B. H. 692. \**C. hortensis rapunculi radice. C. B. P. 94. Cat. 26. \* C. foliis subrotundis. P. l. c. et Prodr. 34. c. ic. t. hb. pro var. F. D. 1327. Moris. S. V. t. 3. f. 32.*

Rad. repens, edulis, dulcis. Caulis 1—2', pilis deflexis pubescens, simplex vel ramosus. Flores paniculato-racemosi, subsecundi, majusculi, nutantes, amœne cœrulei, calycis segmentis linearilanceolatis, demum reflexis.

In nemoribus, dumetis, vineis, cultis, ad sepes. Junio - Sept. ♂. (?) 2.

9) *Trachelium*; caule angulato, foliis petiolatis, cordato-lanceolatis, acute serratis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. PERSON, H. 690. \**C. vulgatiore foliis urticæ vel major vel asperior. C. B. P. 94. Cat. 26. F. D. 1026.*

α. \* *C. foliis urticæ latioribus. C. B. Hb. C. urticæ felia SCHMIDT. M. a B.*

$\beta$ . \* *C. urticæ foliis oblongis minus asperis*, P. l. c. *C. urticæfolia* DEC.?

$\gamma$ . *Fl. albo*. C. B. l. c.

Caulis et petioli ad angulos, folia ad nervos marginesque, calyx autem undique pilis setosis obsessus. Pedunculi 2—3. Flores magni, cœrulei vel albidi, nutantes, limbo intus piloso.

(Nullam videre pōssum differentiam specificam inter  $\alpha$ . et  $\beta$ ; siquidem hæc posterior (in nostris saltem) folia radicalia itidem cordata præ se ferat, cæterum nonnisi caule simpliciore, foliis caulinis longioribus et pedunculis bi- raro unifloris, parum majoribus aberret.)

In sylvis cædvis, dumetis, ad sepes.  $\beta$ . in montosis inter  $\alpha$ . Jun. Jul. 24.

10) *glomerata*; caule teretiusculo foliisque subtus tomentosis, inferioribus cordatis, longe petiolatis, superioribus amplexicaulibus crenatis, floribus glomeratis, axillaribus terminalibusque. WALLROTH. H. 685.

$\alpha$ . Capitulo glomerato, axillis nudis. \* *C. pratensis flore conglomerato* (majore et minore in hb.). C. B. P. 94. Cat. 27. *C. glomerata* WILLD. F. D. 1328. Lob. ic. t. 326. f. 2.

$\beta$ . *Floribus per caulem sparsis*. P. l. c. *C. glomerata* POLL. BESSER. etc. Caulis 1' et ultra, simplex. Folia firma, scabra, rarissime glabra.

Flores cœrulei, raro albi, sessiles, vel in capitulum terminale congesti, vel simul breviori aut longiori serie axillares.

Ad sylvarum margines, in collibus herbidis, ad sepes et fossas. Jun. - Sept. 24.

11) *Cervicaria*; hispida, foliis lanceolato-linearibus undulatis, floribus sessilibus axillaribus conglomeratisque. WAHLENB. CARP. II. 686. \* *C. foliis Echii*. C. B. Prodr. 36. ic. (non SM.) F. D. 787.

Priori multo altior et hispidior, flores copiosiores, corollæ minores, extus angulis et marginibus setoso-ciliatæ. Calyces hirsutissimi.

In sylva inter *Olsberg* et *Rheinfelden* Cl. F. Nees. Jun. Jul. ♂.

\* \* \* Corollis rotatis et capsulis prismatico-cylindricis. (PRISMATOCARPI.)

12) *Speculum*; caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, calycibus solitariis corolla longioribus, capsulis prismaticis. L. H 703. \* *Onobrychis arvensis vel Campanula arvensis erecta*. C. B. P. 215, Cat. 62. Prismaticarpus *Speculum* L'HÉRITIER. *Legousia arvensis* DURANDE. Bulliard t. 504. Lob. ic. t. 418.

Caulis 4 - 8", jam a basi ramosissimus, diffusus.

Flores copiosi, solitarii, corolla plana, purpureo-violacea, tempestate plicata.

In agris inter segetes, in arvis frequens. Jun.-Sept. ☉.

13) *hybrida*; caule basi subramoso, stricto, foliis oblongis crenatis, undulatis, corolla calyce brevior, capsulis prismaticis. SM. H. 704. Prismaticocarpus hybridus L'HÉRITIER. *Avicularia sylvii quibusdam*. J. B. H. II. 800. c. ic. mal. Hill. Syst. V. t. 8. f. 4.

Flores in summitate caulis 3—4, sessiles, congesti; corolla calyce brevior, non explicata. Calycis segmenta huic quam priori latiora.

Inter segetes versus Wyl. In agris inter urbem et Hegenheim J. B. I. c. Prope St. Jacobum C. B. t. J. B. I. c. Jul. Aug. ☉.

PHYTEUMA. *Cor.* rotata, tubo brevissimo, laciniis 5 linearibus, laxis. *Stigm.* 2—3-fidum. *Caps.* 2—3-locularis.

1) *orbiculare*; capitulo subrotundo, bracteis capitulo brevioribus, foliis radicalibus ovato-oblongis subcordatis, obtuse serratis, caulinis lineari-lanceolatis, basi serratis. W. EN. H. 684. *Rapunculus folio oblongo spica orbiculari*. C. B. P. 92. Cat. 25. \* *Rap. capitulo subrotundo cæruleus*. Herb. Jacq. a. t. 437.

β. Foliis omnibus oblongo-lanceolatis. Ph. lanceolata VILL. D. II. t. 11. f. 1.

γ. Capitulo oblongo, Ph. nigrum SCHMIDT?

δ. Involucro ampliato.

Caulis 1—1½'. Folia radic. longe petiolata. Capitulum terminale subglobosum, profunde cœruleum. In δ. bractea majores.

In pratis Michelfeldæ C. B. ubi adhuc obvium. In prato prope *Istein*; versus *Kembs*. Copiose in omnibus pratis et pascuis montium editiorum. β. in pascuis M. *Vogelberg* R. Stæhelinus. γ. Michelfeldæ Jac. Hagenb. t. hb. Jun.—Aug. 2.

2) *spicatum*; bracteis sessilibus linearibus flore longioribus, spica elongata, foliis inferioribus dentatis cordatis. WAHL. CARP. H. 684. *Rapunculus spicatus*. C. B. P. 92. *albus*. Cat. 25. *Phytanma Rapunculus* PERSOON. Schk. t. 39. F. D. 362.

α. Foliis immaculatis. \**Rap. spic. albus fœmina* C. B. *Herb.*

β. Foliis macula fusca notatis. \**Rap. etc. mas.* *Ibid.*

Rad. napiformis, edulis. Caulis 1—2'. Mire ludit foliorum radicalium forma, quippe quæ vel cordata sunt vel cordato-lanceolata, brevius longiusve petiolata: Etiam spica est vel oblonga ochroleuca vel brevior obesa, pauciflora lactea.

Corollæ inferiores primum expandi solent. Bracteæ lineares, longæ.

(Varietas flore *cæruleo* apud nos nunquam occurrit, sed *Montisbelgardi* legit LACH.)

In sylvis umbrosis et pratis contiguis præsertim montanis ubique frequens. Majo - Jul. 24.

**LONICERA.** *Cor.* 1 - petala, irregularis, bilabiata. *Bacca* 1 - 3 - locularis, polysperma.

\* Baccis solitariis, corollis ringentibus. (CAPRIFOLIUM.)

1) *Caprifolium*; floribus ringentibus, (verticillatis) terminalibus, sessilibus, foliis (deciduis) summis connato - perfoliatis, caule volubili. **PERSON.** † *Perichlymenum perfoliatum*. C. B. P. 302. *Caprifolium italicum* **ART. JACQ.** a. t. 357. (fl. albo)

Frutex scandens. Flores plerumque seni, ad vesperam suaveolentes. Cor. flavescentes, basi rubescentes, intus albidæ. Baccæ fulvæ.

Passim ad pagorum et prædiorum sepes; v. gr. prope *Münclenstein*. Majo. Jun. †.

2) *Perichlymenum*; floribus ringentibus capitatis terminalibus, foliis deciduis, omnibus distinctis (caule volubili). **W. H.** 673. † *Pericl. non perfoliatum germanicum*. C. B. P. 302. *Cat.* 87. \* *Pericl. germ. vulgare*. *Iib.* *Caprifol. Pericl. R. et S. Schk.* t. 40, F. D. 908.

β. Foliis sinuatis. Lon. quercifolia AIT.

Scandens. Folia glauca, infer. petiolata, oblongo-lanceolata. Flores tubo longo gracili, albidum vel ochroleuci, extus rubescentes, vespere suaveolentes. Baccæ atro-purpureæ.

In dumetis sylvæ die Hard. Supra Bruderholz. Ad ripam Rheni. In sylvula prope Altschwylter, Binningen, versus Neumylter. Circa Gundeldingen. Ante portam lapideam ad sepes. In nemorosis prope Olsberg et Sackingen. β. in sylvula inter Meienfels et Mönchenstein Zeiherus. Majo. †.

\*\* Baccis geminis aut connatis, pedunculis 2-floris. (XYLOSTEON Persoon.)

3) *nigra*; pedunculis 2-floris elongatis folia subæquantibus, baccis (primum) distinctis, corollis glaberrimis, integerrimis. WAHLENB. Carp. II. 676. *Periclymenum fructu nigro*. C. B. h. sicc. *Chamaecerasus alpina fructu gemino*. P. 451, *duobus punctis notato*. Cat. 108. Jacq. a. t. 314.

Frutex 3—4'. Folia plerumque ovata, tenera, juniora pubescentia, adulta glabra, integra, subtus pallidiora. Cor. fusco-purpurea, intus sordide albida, villosa. Baccæ maturæ connatæ, nigrae.

In dumetis montanis pagi superioris; v. gr. supra Ramstein. In M. Wasserfall, Hauenstein, Dürreck, Dietisberg, Geisfluh etc. Etiam in M. Belchen. Bad. Majo. Junio. †.

4) *Xylosteum*; pedunculis bifloris longitudine

florum, baccis subdistinctis, foliis ovalibus pubescentibus, integerrimis. WAHLENB. H. 677. *Xylosteum*. C. B. hb. \* *Chamæcerasus dumetorum fructu gemino rubro*. P. 451. Cat. 108. F. D. 808.

Frutex 3 — 6', ramosissimus. Folia subtus canescentia. Cor. albidæ vel flavescens, pubescentes. Baccæ globosæ, basi connatæ, rubræ vel flavicantes, amaricantes.

Ad sepes, in dumetis, nemoribus frequens. Majo. Jun. †.

5) *alpigena*; pedunculis bifloris, baccis coadunatis didymis, foliis ovato-lanceolatis (subhirsutis). MILL. H. 675. \* *Chamæcerasus* (in hb.) *alpina fructu gemino rubro duobus punctis notato*. C. B. P. 451. Cat. 108. Jacq. a. t. 274. Clus. H. p. 59. ic. bona cum flore et fructu.

Frutex 3 — 4'. Folia magna, firma, ad 3 — 5 uncias longa, opposita, margine ciliata, acuminata. Cor. ex albido-rubellæ vel lutescentes, extus villosæ. Baccæ dispermæ, rubræ, cerasum sylvestrem æmulantes, drasticæ.

In sylvaticis montanis et ad sepes pagi super. occurrit ubique. Etiam in montanis urbi propioribus; v. gr. in M. Dornach. Majo. Jun. †.

VERBASCUM. Cor. rotata, 5-partita, inæqualis. Stam. distantia. Antherae simplices. Caps. 2-ocularis, polysperma.



## \* Foliis decurrentibus.

1) *Thapsus* ; foliis decurrentibus , crenulatis , tomentosis , superioribus acutis , racemo spicato denso , corollæ subrotatæ laciniis oblongis obtusis , antheris subæqualibus. SCHRAD. H. 581. *V. mas latifolium luteum*. C. B. P. 239. Cat. 69. Schk. t. 42.

Caulis erectus , simplex , crassus , tomentosus , superne angulosus , 3 — 6'. Folia mollia , longe decurrentia , pallide tomentosa. Spica longissima , compacta. Cor. magnæ , pallide luteæ , extus pubescentes , suaveolentes. Filam. flava , tribus minoribus lanatis , duobus reliquis rariter pilosis. Antheræ reniformes. Pollen miniatum.

Locis asperis , lapidosis , sterilibus et sabulosis siccis frequens. Jun. - Aug. ♂.

2) *cuspidatum* ; foliis decurrentibus crenulatis , tomentosis , superioribus cuspidatis , racemi fasciculis remotiusculis , antheris duabus oblongis. SCHRAD. Monogr. p. 23. N°. 4. t. 1. f. 1. *V. Thapsus Mult.* (Cf. M. a B. Suppl. p. 150.)

Differt a priori , quocum confundebatur , caule plerumque humiliore , minus crasso , foliis evidentius crenatis , superioribus bracteisque cuspidato - acuminatis , caule sæpius ramoso , spicis ,

basi præsertim, interruptis et floribus majoribus minus tubulosis.

Inter prius. Jun. - Aug ♂.

3)? *phlomoïdes*; foliis crenatis, tomentosis, radicalibus ellipticis s. ovato-ellipticis petiolatis, caulinis oblongis, acutis, superioribus lato-ovatis cuspidatis, læviter decurrentibus, racemi fasciculis remotiusculis, antheris duabus oblongis. SCHRAD. (B. syn. vide apud seq.) *V. pulverulentum* SPRENGEL. Hal. *V. rugulosum* W. En. V, *thapsoides* VILL. Mönch. Hass. t. 4. Mill. ic. 4. 273.

Differt a *Thapso*: Caule demissiore, sæpe ramoso, foliis caulinis semiamplexicaulibus, parum decurrentibus, caulinis infer. basi attenuatis, racemo minus denso, bracteis angustioribus longioribus, et cor. majoribus pallidioribus.

Ob confusionem cum *montano*, difficile dictu, an revera in agro nostro degat. Nec amicis nec mihi id observare hactenus contigit. Jul. Aug. ♂.

4) *montanum*; foliis tomentosis, radicalibus oblongo-ellipticis crenatis, petiolatis, caulinis oblongis, acutiusculis, obsolete crenulatis, super. acutis, læviter decurrentibus, racemo subspicato, florum fasciculis subconfertis, antheris subæqualibus. SCHRAD. \* *V. fœmina fl. luteo magno*. C. B. P. 239. Cat. 60. (Planta sicca certe

huc. Forsan a BAUH. cum *phlomoide* commutatum fuit.) *V. phlomoides* Mult. (non L.) *V. crassifolium*  $\alpha$ . DEC.

Dignoscitur præcipue tomento luteo-ferrugineo, quo tota planta obducta est. Folia quam in *Thapso* crassiora, minus decurrentia, inferiora basi magis attenuata et racemus laxior.

Ad Wiesam C B. Nuperrime id me vidisse puto ad viam prope *Hülftenschanze*; sed ulterius examinandum. Iisdem cum *Thapso* locis requirendum est. Jul. - Sept. ♂.

5) *Lychnitis*; foliis subcuneiformi-oblongis, supra denudatis, caule angulato, paniculato. SM. H. 583.  $\beta$ . \* *V. Lychnitis flore albo parvo*. C. B. P. 240. Cat. 69. Cf. J. B. H. III. app. p. 873. ic. *V. Lychn.*  $\beta$ . W. V. album MILL. F. D. 586.

Caulis superne paniculato-ramosissimus. Folia subtus farinosa. Flores fasciculati, lactei, staminibus flavescentibus, antheris croceis.

Ad vias, agrorum margines, in agris lapidosis, præcipue extra urbem minorem. Porro versus *Hünigen*, *Burgfelden* etc. Jun. - Sept. ♂.

6) *pulverulentum* CURTIS; foliis ovato-oblongis, subserratis, utrinque pulverulentis, caule (sub) tereti, paniculato. SM. H. 583  $\alpha$ . *V. mas angustioribus foliis floribus pallidis*. C. B. P. 239. *V. pulverulentum fl. luteo parvo*, J. B. H. III. app.

p. 872. c. ic. *V. pulvinatum* THUILL. *V. Lychnitis* α.  
WILLD. *V. Lychnitis* SUTER. Var. fl. albo.

Caulis valde ramosus, virgatus. Folia inferiora late ovata, vel ovato-oblonga, sup. acuminata, non decurrentia, utrinque, sed magis subtus, (sicuti tota planta, imprimis calyces,) tomento albo, pulverulento, denso, facile detergendo, obducta. Flores semper flavi, quam in *Lychn.* majores, filamentorum villis albis et antheris miniatis.

*In der Sandgrube* cis pontem Wiesæ. Ante portam Spalearum versus pratum Sclopetariorum ad fossas. Ante portam Johanneam et lapideam. Prope novam domum. Ad Wiesam aliisque locis aridioribus sterilibus frequens. Jun. — Aug. ♂.

(Primum apud nos distinxit b. L a c h e n a l i u s. In C. B. herb. in eadem inclusum erat charta cum *V. nigro* t. L a c h.)

7) *nigrum*; foliis oblongo-cordatis petiolatis, undulato-crenatis, subpubescentibus. Sm. H. 584.  
\**V. nigrum flore ex luteo = purpurascente.* C. B. P. 240. Cat. 69. F. D. 1088.

*β. flore albo.* C. B. P. l. c.

Caulis angulatus, villosus, plerumque simplex. Folia reticulato-venosa, bicrenata, saturate viridia, basi inæqualia. Cor. aurea, ad faucem maculis purpureis notata. Filam. villis violaceis, antheris croceis.

Ad viarum fossas locisque arenosis; v. gr. ad Rhenum, Birsam, Birsecum abunde. Jul. Aug. 24.

8) *Blattaria*; foliis amplexicaulibus oblongis, glabris, serratis, pedunculis 1-floris solitariis (caule ramoso). Sm. H. 585. \* *Bl. lutea folio oblongo laciniato*. C. B. P. 240. Cat. 69. Lob. ic. t. 564. f. 2.

β. Flore albo. *Blatt. alba*. P. 241. Lob. ic. t. 563. f. 1.

Folia radicalia petiolata, sinuata vel sublyrata, bicrenata. Racemi terminales multiflori, pedicellis remotis. Caulis et pedunculi una cum calyce et capsula pilis capitatis obsessi. Flores aurei striis purpureis. Filam. villis purpureis.

Non longe Michelfeld C. B. Inter *Bartonheim* et *Sierens*. Versus *Hegenheim* et *Hasingen*. Auf dem *Birsfeld* et *Galgenfeld*. Im *Weiberfeld* β. circa rudera *Hiltelingen* R. Stæheliu. t. Miegio. Jul. Aug. ☉.

DATURA. *Cal.* tubulosus, angulatus, deciduus. *Cor.* infundibuliformis, plicata. *Caps.* 2-locul. 4-valvis.

1) *Stramonium*; pericarpis (magnis) spinosis, erectis, ovatis, foliis ovatis, (sinuato-dentatis) glabris. L. H. 586. \* *Solanum fœtidum pomo spinoso oblongo (flore albo)*. C. B. P. 168. semine

*nigro. Hb.* (In *catal.* vacat.) F. D. 436. Schk. t. 43. Knorr. Th. I. t. S. 13.

Narcotica, fœtida. Caulis 1—3', patenti-ramosus. Flores solitarii, speciosi, plicati, albi tubo virescenti, limbo ampliato. Sem. nigra reniformia.

In fimetis, ruderatis. (Originis americanæ). Jul. Aug. ☉.

**HYOSCYAMUS.** *Cor.* infundibuliformis, limbo irregulari, laciniis obtusis. *Stam.* inclinata. *Caps.* operculata, bilocularis.

1) *niger*; foliis radicalibus pinnatifido-sinuatis, super. amplexicaulibus angulatis, floribus subsessilibus, corollis reticulatis. WALLROTH. II. 580. \* *H. vulgaris vel niger.* C. B. P. 169. Cat. 52. Sturm I. 3. F. D. 1452. Fuchs. 833. ic.

Planta narcotica, odore gravi nauseoso. Rad. fusiformis. Caulis 1½—3', simplex vel ramosus. Folia tomentosa, viscosa. Calyx urceolatus, villosus. *Cor.* luridæ, flavescentes, venis atropurpureis reticulatæ.

Var. foliis profundius sinuatis.

In fimetis, ad vias non adeo frequens; v. gr. ad viam regiam versus *Birsbrücke*; ante portam cineream. Versus *St. Louis.* Jun. - Sept. ☉. ♂.

**ATROPA.** *Cor.* campanulata. *Stam.* distantia.

*Bacca* globosa, 2-locularis, calyci insidens.

1) *Belladonna*; caule herbaceo, foliis (petiolatis, molliusculis) ovatis integris. L. H. 579.  
 † *Solanum μελκνοκερατος*. C. B. P. 166. Cat. 51.  
 \* *Solanum bacca nigra*. Herb. Jacq. a. t. 309, Sturm. I. 3.

β. *foliis et fl. minoribus*. C. B. l. c. pro var.

Maxime narcotica. Caulis 3—6', trichotomoramosus, crassus, obsolete purpurascens, pubescens, sub lente punctis albidis undique adpersus. Flores solitarii axillares, pedunculati, nutantes. Cor. campanulata, 5-fida, sordide purpurea, basi ochroleuca, innox decidua. Baccæ rotundæ, nigræ, splendentes, cerasorum æmulæ, succu violaceo repletæ.

Circa Augustam C. B. Prope Iapicidinam M. Muteti. In sylva prope *Prateln* et juxta vineas. *In der Hard*. In M. *Schauenburg*. Prope *Wyl* in vineis. In sylvis montium editiorum. Copiose *in der Hard* montis *Dietisberg* et in sylva *Mæhlinensi*. Jun. - Aug. 24.

PHYSALIS. *Cor.* campanulato-rotata. *Antherae* erectæ, conniventes. *Bacca* intra calycem coloratum inflatum 2-locularis.

1) *Alkekengi*; foliis geminis (ovatis, petiolatis) integris, acutis, caule inferne ramoso. L.

H. 577. \* *Solan. vesicarium*. C. B. P. 166. Cat. 51. Schk. t. 45.

Caulis 1—1½', hirsutus. Flores solitarii, sordide albi vel flavescentes. Calyx maturi fructus maximus, inflatus, miniatus, fovens intus baccam coccineam innocuam.

Inter mœnia ad D. Albanum. In dumetis circa *Brüglingen* et in vineis Mutentens. C. B., ubi adhuc nascitur. Porro in M. *Crenzach*, circa *Wyl* et ad viam umbrosam inter *Schauenburg* et *Frenkendorf*. Ad arcem *Dornach*. Prope *Liestal* et *Arisdorf*. Ante portam D. *Johannis*. Jun.—Aug. 24.

SOLANUM. *Cor.* rotata. *Antherae* subcoactilæ apice poro gemino dehiscentes. *Bacca* 2-locularis, polysperma.

1) *nigrum*; caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, racemis distichis, nutantibus. L. H. 576. \* *Sol. officinarum*, C. B. P. 166. Cat. 51.

α. Vulgare, baccis nigris. *P. et Cat. l. c.* var. *acinis nigricantibus*. Sturm. I. 1.

β. Foliis magis hirsutis, baccis luteis. *P. et C. l. c.* var. *acinis luteis*. *Solanum luteum* GMEL. *Sol. villosum* DEC.

γ. Foliis laciniatis. *P. et C. l. c.* pro var.

Narcoticum. Flores cymosi. *Cor.* parvæ, albæ. *Baccæ* globosæ, fatuæ, nigrae vel luteæ.



(Baccarum color luteus solus ne varietatem quidem constituit; quippe in eadem planta baccas maturas *nigras* atque *luteas* simul observavi. Varietas  $\beta$ . igitur magis in pubescentia caulis et foliorum quærenda videtur. Haud ægre vero per gradus intermedios in  $\alpha$ . transire videas.)

Ad muros, in ruderatis, fimetis, incultis ubique.  $\beta$ . iisdem locis sed rarius; v. gr. *in der Sandgrube* prope pontem Wiesæ. Ante portam lapideam. Jun. - Sept. ☉.

2) *Dulcamara*; caule inermi frutescente flexuoso, foliis cordatis acuminatis, glabris, superioribus hastatis vel auriculatis, cymis oppositifoliis... H. 575. \* *Sol. scandens s. Dulcamara*. C. B. P. 167. *Cat.* 51. Sturm. I. 18.

$\beta$ . Foliis variegatis.

Caulis lignosus, ramosus, plerumque scandens. Cor. rotatæ, violacæ, laciniis demum reflexis, basi puncto gemino viridi. pellucido notatis. Antheræ flavæ. Baccæ ovatæ, rubræ, amaræ, suspectæ.

In sepibus et dumetis ad aquas sitis.  $\beta$ . in *Lachen*. herb. absque loci nat. indicio Jun. - Aug. †.

ERYTHRAEA. Cor. infundibuliformis. *Pistill.* declinatum. *Antherae* demum spiraliter contortæ. Caps. 1-locularis, bivalvis.

1) *Centaurium*; caule erecto dichotomo corymboso, foliis elliptico-oblongis, trinerviis, calycis

laciniis subulatis, tubo corollæ dimidio brevioribus, floribus basi bibracteatis. . . H. 648. \* *Centaurium minus*. C. B. P. 278. Cat. 82. *Gentiana Centaurium* L. *Chironia Centaurium* W. Spec. Sturm. I. 12. Knorr. thes. I. t. T. 9.

Valde amara. Caulis erectus 1', sub4-angularis. Folia radicalia in orbem expansa, caulina opposita. Flores fasciculato-corymbosi, rubelli, rarissime albi. Calyx 5-gonus.

In pascuis, pratis sylvaticis, præsertim montanis. Jul. Aug. ☉.

2) *pulchella* DEC.; caule ramosissimo, subdichotomo, paniculato, foliis ovatis, calycis laciniis subulatis, tubum corollæ subæquantibus, floribus ebracteatis. . . H. 648. γ. *Gent. Centaurium β*. L. *Chironia Gerardi* W. SP. Chir. *pulchella* SM, Vaill t. 6. f. 1.

β. Caule simplici. *Gentiana palustris* LAM.

Caulis 1-4'', ramulis patentissimis deliquescentis. Flores axillares et terminales, solitarii vel bini, rubelli, limbo erecto.

In pascuis montanis humidioribus nec non in agris humidis inter stipulas Jul. Aug. ☉.

RHAMNUS. *Cal.* campanulatus, 4-5-fidus. Pro petalis squamæ 4-5, calyci insertæ. *Stam.* tot quot squamæ. *Drupa* 2-4-sperma.

1) *cathartica*; spinis terminalibus, floribus 4-fidis dioicis, foliis ovatis (petiolatis serrulatis). W. H. 824. \**Rhamnus catharticus*. C. B. P. 478. Cat. 112. Schk. t. 46. F. D. 850.

β. Foliis minoribus. *Rhamn. cath. minor*, C. B. P. l. c.

Arbusculus vel frutex. Rami apice spinescentes. Flores axillares, aggregati, parvi, ex albo aut luteo virescentes, plerumque 4-andri. Drupa nigra, pisiformis, purgans, immatura succum luteum tinctorium continens.

In dumetis, ad sepes, sequenti rarior. In M. Crenzach, Circa Liesl, Arisdorf, Oisberg, Rheinfelden etc. Majo. Jun. †.

2) *Frangula*; inermis, foliis petiolatis, ellipticis integris, glabris, floribus androgynis, bacca disperma. . . H. 821. \**Alnus nigra baccifera*. C. B. P. 428. Cat. 107. Schk. t. 46. F. D. 273.

β. Foliis magnis oblongis. C. B. P. l. c.

Frutex vel arbor. Rami inermes. Flores pallide virescentes vel sæpius purpurascens. Drupa primum rubella, dein nigra, purgans.

In sylvis, dumetis, ad sepes. In der Hard. In M. Muzeto, Crenzach, Dornach etc. Maj. Jun. †.

3) *alpina*; inermis, floribus dioicis, foliis ovali-lanceolatis, glanduloso-crenulatis. JACO. H. 823.

† *Frangula altera polycarpus*. C. B. Prodr. p. 160.

\* *Alnus nigra polycarpus*. P. 428. Cat. 107. Hall. Act. Gott. t. 16. Ej. Hist. t. 40.

Frutex 4—6'. Cortex cinerascens, punctis nigris adpersus. Folia quam in anteced. multo majora, supra saturate viridia, glaberrima, splendentia, nervosa. Calyx campanulatus 4-fidus. Petala 4, minutissima, subulata. Drupa nigra. (Cf. bon. descript. in Epist. ad Hall. T. IV. p. 2. sqq.)

In M. Muteto C. B. In M. Dornach, Farnsburg, Geisfluh, Dictisberg, Wasserfall etc. per totum Juræ tractum. Jun. Jul. †.

4) *pumila*; inermis, repens, floribus hermaphroditis, foliis petiolatis, ovatis, crenatis. WULFEN in JACO. COLL. II. p. 141. t. 11. Rh. rupestris SCOP. Carn. 2. t. 5.

Fruticulus pygmæus, ramosissimus. Folia glabra, supra splendentia, subtus pallidiora ac insignius reticulato-nervosa, ad nervos sæpe pubescentia. Drupa nigrescens, trisperma.

In rupibus calcareis circa Wallenburg Zeiherus. Jun. Jul. †.

EVONYMUS. *Cal.* planus. *Petala* 4—5, patentia. *Caps.* 4—5-gona, 4—5-locul. 4—5-valvis, succulenta, colorata. *Sem.* calyptrata.

1) *europæus*; pedunculis compressis subtrifloris, floribus (plerisque) 4-andris, capsulis acute tetragonis glabris, foliis oblongo-lanceolatis glabris. W. En. H. 829. † *E. vulgaris granis rubentibus*. C. B. P. 428. Cat. 107. *E. vulgaris* MILL. Sturm. I. 5. Tabern. 1462.

β. \* *E. v. granis albidis*. C. B. herb.

γ. \* *E. v. granis nigris*. Id. Ibid.

Frutex ramosissimus, 5—6'. Rami juniores 4-goni. Flores parvi, herbacei, foetidi. Caps. matura roseo-purpurea, drastica,

Ad sepes, in dumetis, præsertim aquosis frequens. Majo Jun. †.

RIBES. *Petala* 5 et *Stam.* calyci inserta. *Stylus* 2-fidus. *Bacca* infera succosa, polysperma.

\* Inermia. (RIBESIA.)

1) *rubrum*; inerme, racemis glabris pendulis, (laxis) floribus planiusculis (foliis obtuse 5-lobis). L. H. 818. \* *Grossularia multiplici acino s. non spinosa hortensis rubrâ s. Ribes officinarum*. C. B. P. 455. Sturm, I. 4.

β. Fructu albo. *Gross, hort. fructu margaritis simili*. P. l. c.

*Petala* obcordata, lutescentia. *Baccæ* rubræ, acido . dulcescentes.

Ad hortorum sepes. In sylvula *die Egelsee* dicta extra urbem minorem copiose.  $\beta$ . in sylvosa vallecula retro mediam *Gundeldingen* Rud. Buxtorf. Apr. Majo.  $\ddagger$ .

2) *alpinum*; inerme, racemis erectis, floribus planis subdioicis, bracteis flore longioribus, foliis subtus lucidis. . . H. 817. \* *Ribes montana oxycanthæ sapore* (var. *altera*). C. B. Prodr. p. 160. *Grossularia sylvestris rubra*. Pin. 455. *Ribes alpina dulcis*. J. B. H. II. p. 98. Jacq. a. t. 47. F. D. 948.

Frutex 3—5'. Folia petiolata, triloba, superne pubescentia, quam in priori duplo minora, subtus pallidiora, glabra. Bracteæ flores æquant. Flores sæpe dioici vel polygami. Cor. minima, fulvæ. Baccæ subellipticæ, rubræ, fatuæ.

In M. Muteto. Inter *Marienstein* et arcem dirutam *Rothberg*. In montibus circa urbem J. B. In M. *Ramstein*, *Wasserfall*, *Kellenberg*, *Belchen*, *Dietsberg* etc. In M. *Belchen* Bad. Apr. Majo  $\ddagger$ .

3) *nigrum*; inerme, racemis laxis, pendulis, pilosis, bracteis pedicello brevioribus, floribus oblongo-campanulatis, foliis subtus punctatoglandulosis. . . H. 819. \* *Pseudoanomonum* C. B. hb. *Grossularia non spinosa fructu nigro*. P. 455. F. D. 556. Lob. ic. 202.

Flores purpurascentes. Folia unà cum baccis nigris hircum redolentia.

In sepibus passim. Majo. Jun.  $\ddagger$ .

## \* \* Aculeata. (GROSSULARIAE.)

4) *Grossularia*; ramis aculeatis, pedunculis 1-floris, bracteis binis, baccis glanduloso-hirsutis. . . Gr. hirsuta MILL. Sturm I. 4.

Aculei solitarii, binati et ternati. Petioli glanduloso-pilosi. Flores penduli, solitarii vel gemini, brunnescenti-virides. Baccæ pendulæ, rubicundæ, pilis setosis glanduliferis obsessæ, in hortis quandoque *glabræ*.

Ad sepes. Apr. Majo †.

5) *reclinatum*; ramis subaculeatis reclinatis, pedunculi bractea 3-phylla. L. *Grossularia spinosa sativa altera, foliis latioribus*. C. B. P. 455. (An?)

Ramis reclinatis et baccis majoribus atro-purpureis a priori differt.

In arce diruta Rothberg Cel. Petrus Merian. Apr. Majo. †.

6) *Uva crispera*; ramis aculeatis, pedunculis 1-floris, bracteis connato-tubulosis, fructu glabro. SM. H. 820. \* *Grossularia simplici acino vel spinosa sylvestris*. C. B. P. 455. Cat. 109. Sturm. I. 4.

Rami inermes, præter aculeos sub gemmis. Bractæ 2—3, in tubum quasi connatæ. Petioli ciliis glandulosis. Flores albidii vel viridi-rubescentes.

Ad sepes, in dumetis, vulgatissimus. Mart. Apr. †.

(An duæ priores hujus varietates? Hallerus omnes tres, forsán haud immerito, conjunxit.)

**HEDERA.** *Petala* 5 oblonga. *Bacca* globosa, 5-ocularis, 5-sperma, calyce cincta.

1) *Helix*; foliis 5-angularibus, floralibus ovatis, umbella erecta. W. H. 826. Junior aut sterilis. \**Hedera major sterilis*. C. B. P. 305. Cat. 58. \**H. humirepens*, P. l. c. Adulta, fructifera. \**H. arborea*. P. l. c. \**H. poetica*. Hb. F. D. 1027. Schk. t. 49.

Caulis radicans, *sterilis* super solum repens, *fructiferus* arbores et muros scandens altissimos, late sese expandens. Folia sempervirentia, coriacea, polymorpha, splendentia, raro variegata. Umbellæ densæ, globosæ. Flores virides, tarde florentes. Baccæ globosæ, subsequenti vere maturæ, nigræ.

Ad arbores, mœnia, rudera etc. vulgo. Sept. Oct. †.

**VITIS.** *Petala* 5 apice calyptratim cohærentia, emarcida. *Bacca* 5-sperma, supera.

1) *sylvestris*; foliis cordatis, subtrilobis dentatis, subtus hirsutis, (sub) concoloribus, floribus subdioicis. GMEL. Bad. H. 825. \**V. sylvestris Labrusca*. C. B. P. 299. Cat. 86. *V. Labrusca* SUTER. (excl. L. syn.)



*β. Sativa. \*V. vinifera. C. B. P. 299. V. vinifera L. Knorr. th. I. t. W. 10. Jacq. ic. rar. t. 50.*

Arbores scandit. Folia pubescentia, juniora lævi subtus lanugine obducta. Baccæ parvæ, rubellæ, austeræ.

(GMELINUS plantam semper diœicam observavit. Certe ob crebriorem genitalium defectum raro fructus gerit. An *β.* mater sit vel filia difficile dictu. Multis hæc apud nos varietatibus colitur.)

Ad sepes et in dumetis; v. gr. inter *Mönchenstein* et *Arlesheim. In der Hard.* In montosis circa *Mutenc, Schauenburg.* Ad Rhenum retro *Birsfeld*; ad *Birsam* inter pontem et ponticulos. In sepibus inter patibulum et *D. Jacobum.* Circa *Arisdorf, Baselaugst* etc. In dumetis ad arcem *Badenweiler.* Majo. Jun. †.

THESIUM. *Cal.* 1-phyllus, 4 — 5-dentatus, staminifer. *Cor. o. Nux* infera 1-sperma.

1) *alpinum*; caulibus prostratis simplicibus, racemo foliato secundo, floribus (sæpe tetrandris) sessilibus, bracteis minoribus obvallatis. HAYNE in Schrad. Diar. I. p. 32. Hall. 1574. \**Linaria montana flosculis albicantibus. C. B. P. 213. Cat. 62.* (Certe huc; etiam t. loco natal. in cat.) Jacq. a. t. 416. Sturm. I. 11. Hayne l. c. t. 6. (ic. fructus.)

*β. H. 1574. α. var. montana. Th. ramosum HAYNE. Th. decumbens GMEL. (excl. ic. RELHAN.) Th. alpinum POLL. Th. alpinum β. SUTER. Hayne l. c.*

t. 7. f. 1. (Sed bract. foliol. intermedium minus breve.)

Caules ex una radice plures, simplices,  $\frac{1}{3}$  — 1'. Folia alterna, sessilia, linearia, saturate viridia. Bractea sub quovis flore 3 - phylla, foliolo intermedio longiore. Racemus simplex. Flores 4 — 5-fidi, extus virides, intus albidii. Nux rotunda.  $\beta$ . discrepat caulibus altioribus, adscendentibus, raro inferne, plerumque superne parum ramosis, foliis longioribus, laxioribus, pedunculis remotioribus, magis patentibus longioribus, et colore lutescente. (Nonnisi varietatem puto, ob loca demissiora, quibus crescit, luxuriantem.)

In M. Muteto, Crenzaco. Circa *Prateln*, *Gempen*, *Mönchenstein*, *Dillingen*. Prope arcem *Birseck* J. B. Prope arcem *Reichenstein* C. B. In omnibus montanis asperis ubique frequens.  $\beta$ . rarius cum  $\alpha$ . ad *Birsam*, *Wiesam*. Prope D. *Jacobum*, *Lörrach*, *Steinen*, *Olberg*; etiam in pascuis pagi superioris, Jun. Jul. 24.

3) *montanum*; caule flaccido, (erecto) foliis lanceolatis trinerviis, panícula solitaria. SCHRAD. H. 1573. Th. *montanum* GMEL. Th. *linophyllum* ROTH. SUTER. Hayne. l. c. t. 6. (ic. floris et fructus.)

Caulis  $1\frac{1}{2}$  — 2', erectus, firmus. Folia 3 — 4 lineas lata. Flores sub 5-fidi, laxè paniculati, intus albi. Bractea brevis, 1 - phylla.

In terra badensi ad montem retro *Oberweiler* t. Gmel.  
Jun. Jul. 24.

VINCA. *Cor.* contorta hypoc crateriformis 5-loba, fauce 5-gona. *Folliculi* 2 erecti. *Semina* oblonga, nuda.

1) *minor*; caulibus fruticosis procumbentibus, foliis oblongo-lanceolatis, margine glabris, floribus (solitariis) pedunculatis. W. II. 572. \* *Clematis daphnoides minor*. C. B. P. 301. Cat. 86. Schk. t. 51. Blackw. t. 59.

β. *Flore albo*. C. B. P. l. c.

γ. *Flore atro-purpureo*.

δ. *Foliis ex albo variegatis*.

Rami florigeri erecti. Folia sempervirentia, opposita, nitida, glaberrima. *Cor.* speciosa, violacea, inodora, ore albø, tubo intus villosus.

Ad sepes in dumetis. γ. in dumetis inter *Schauenburg* et *Liestal* Höchstetter. δ. passim inter a. Mart.-Majo. 24.

VIOLA. *Cal.* 5-phyllus, basi productus. *Cor.* 5-petala, irregularis, postice cornuta. *Antherae* cohærentes. *Caps.* supera, 3-valvis, 1-locularis.

\* Acaules.

1) *hirta*; acaulis, foliis (oblongo-) cordatis

petiolisque piloso-hispidis, bracteis infra medium pedunculi, calycibus obtusis. HOFFM. H. 559. (In B. hb. mixta erat cum *canina* t. LACH.) F. D. 618.

$\beta$ . *aprica*; foliis minoribus ovato-cordatis. Sturm. I. 11.

Stolones nulli. Stipulæ ciliatæ. Cor. violacea, inodora, in  $\beta$ . pallidior.

In nemorosis, ad sepes vulgaris. Martio. Apr. et non raro etiam autumnò. 4.

2) *odorata*; acaulis, foliis cordatis petiolisque glabriusculis, bracteis supra medium pedunculi, (calycibus obtusis) stolonibus reptantibus. SM. H. 558. \* *Viola martia purpurea flore simplici odoro*. C. B. P. 199. et *V. mart. odora simplex*. Cat. 59. Sturm. I. 11. F. D. 309.

$\beta$ . Fl. albo. \* *V. mart. alba*. P. et Cat. l. c. *Viola alba* BESSER.

$\gamma$ . Fl. pleno. *V. martia multiplici flore*. Pin. l. c.

Folia, præsertim juniora, subtus pubescentia. Pedunculi 4-goni. Stipulæ ciliatæ, Flores suaveolentissimi, ex purpureo-violacei, raro albi et inodori.

In pratis, dumetis, ad sepes.  $\beta$ . in sylvula Augustana et Hüningensi C. B. In M. Crenzaco. In M. Sonnenberg et circa Olsberg. Circa Michelfelden Miegius.  $\gamma$ . ibidem idem t. Mscpt. Mart. Apr. 4.

3) *palustris*; acaulis, foliis reniformibus, utrinque glabris, calycibus calcare brevissimo, radice repente. . . H. 560. Sturm. I. 11. F. D. 83.

Sine stolonibus. Pedunculi radicales 4-goni, supra medium bracteati, apice incurvi. Flores parviores, dilute cœrulei, lineis rubellis picti, inodori, nutantes.

*Auf dem Nonnensweiher montis Belchen* Bad. t. Gmcl. Apr. Majo. 24.

\* \* Caulescentes.

4) *canina*; caule adultiore adscendente, canaliculato, stipulis (lanceolatis, serratis) ciliatis, foliis super. oblongo-cordatis, calycibus acuminatis. CURTIS. H. Hist. 563. Nomencl. 562. \* *V. martia inodora sylvestris*. C. B. P. 199. Cat. 59. et *V. mart. inod. montana in herb.* Sturm. I. 11. F. D. 1453.

β. Flore albo. *V. mart. alba inodora*. P. l. c.

γ. Minor. Ray. syn. t. 24. f. 1.

δ. *serotina*; caule prostrato, floribus pallidioribus, plerisque apetalis.

Stolones nulli. Caules floriferi longi, erecti vel in δ. procumbentes. Folia rad. longe petiolata. Petioli canaliculati, Flores speciosi, pallide cœrulei, inodori, caulini superiores sæpius apetalis. γ. omnibus partibus minor, *Viol. arenariæ*

similis. In  $\delta$ . stipulæ subulatæ dentatæ, cæterum ut in  $\alpha$ .

In pratis montosis, pascuis, sylvis et ad earum margines.  $\beta$ . inter *Riehen* et St. Christianam C. B.  $\gamma$ . locis aridioribus; v. gr. *in der Sandgrube* ante portam Riehanam. Apr. Majo.  $\delta$ . Aug. Sept.  $\gamma$ .

5) *persicifolia* ROTH.; caule erecto, foliis ovato-lanceolatis (glabris) serratis (stipulis basi inciso-serratis). BÖHM. LIPS. H. 567? \* *V. martii arborescens purpurea*. C. B. P. 199? (In herb. hoc syn. ad seq. positum est.) *V. montana* WAHL. Carp. *V. montana*  $\beta$ . DEC. Schk. t. 269.

Rad. fibrosa. Caules palmares et altiores, simplices, geniculis radicanter. Folia serrata, infer. ovato-oblonga acuminata, (basi inæqualia, sed non cordata, ut in *V. montana*) superiora lineari-lanceolata. Stipulæ lanceolatæ, inciso-serratæ. Pedunculi axillares et terminales folia vel æquantes vel parum superantes. Flores magni, pallide cœrulei, inodori.

In sylva uda infra *Michelfelden* Ach. Miegius 1771. t. Mscpt. Junio.  $\gamma$ .

6) *mirabilis*; caule triquetro adscendente, foliis reniformi-cordatis, floribus *caulinis* apetalis fertilibus, *radicalibus* corolliferis, sæpe abortivis... (B. syn. in hb. huc. v. ad priorem) Jacq. a. t. 19. F. D. 1045.

Absque flagellis. Folia subcucullata. Stipulæ lanceolatæ, integræ. Petioli triquetri. Cor. pallide cœrulea, vix odora. Petala lateralia basi barbata. Calycis foliola oblongo-lanceolata, nervis tribus fuscis percussa.

In M. Crenzach. Prope St. Christianam. In sylva prope Rütshard. Supra Münchenstein. Circa Aristorf. Apr.-Jun. 24.

\* \* \* Stipulis pinnatifidis.

7) *tricolor*; caule angulato, glabro, diffuso, foliis oblongis, dentato-crenatis, stipulis lyrato-pinnatifidis, corollis calyce glabro duplo majoribus. HOFFM. H. 568. \**Viola tricolor hortensis repens*. C. B. P. 199. *V. tricolor* α. L. Sturm. I. 11. Knorr. Th. I. t. D.

Stipularum lacinia terminalis maxima. Cor. speciosa ex violaceo-purpureo et flavo varia, superficie papillis minutis obsita.

In cultis et hortorum rejectaneis. In M. Kellenberg sponte. Aprili - Aug. ☉.

8) *arvensis*; caule inferne angulato, diffuso, foliis oblongis, obtusis, dentato-crenatis, stipulis lyrato-pinnatifidis, corollis calycis hirsuti longitudine. HOFFM. H. 569. \**V. bicolor arvensis*. C. B. P. 200. cum var. *Cat.* 59. *V. tricolor* β. L. *V. tricolor* M. a B. Cam. Epit. 913. ic.

Pedunculi calycesque hirsuti. Cor. variables, calycem vel æquantes vel superantes, luteo-albidæ, sæpe cœruleo aut violaceo suffusæ.

In agris, arvis, incultis copiose. Apr. - Aug. ☉.

**JASIONE.** *Involucr.* 10-fidum. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, regularis. *Antherae* basi coalitæ. *Stigm.* clavatum, 2-fidum. *Caps.* 2-locularis, polysperma. (Flores aggregati.)

1) *montana*; foliis lineari-lanceolatis, basi angustioribus hispidis, undulato-crispis. LAM. H. 678. \* *Rapunculus scabiosæ capitulo cœruleo.* C. B. P. 92. Cat. 25. Sturm. I. 9. Schk. t. 266.

β. Caule foliisque glabris.

Caulis 5—9", simplex vel parum ramosus. Capitulum terminale sphæricum, flosculis numerosis pedicellatis, cœruleis vel rarissime albidis.

In agris versus Wyl et in colle ad viam. Ad dextram viæ inter Rieten et Lürsch in aggere. In agris lapidosis ante portam Johanneam. Inter Altschwyler et Neuwylter; im Weierfeld. Ad ripam Rheni, Wiesæ etc. f. ad ripam Wiesæ J Hagenb. t. hb. Jun. - Aug. ☉.

**IMPATIENS.** *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala irregularis, *nectario* cucullato. *Antherae*



cohærentes. *Caps.* 5-locularis, elastice resiliens, valvis in spiram contortis.

1) *Noli tangere*; pedunculis multifloris, solitariis, foliis ovatis (alternis, dentatis,) geniculis caulinis tumentibus. L. H. 557. \* *Balsamina lutea s. noli me tangere.* C. B. P. 306. Cat. 38. Sturm. I. 5. Schk. t. 270.

Caulis 2—4', succulentus, ramosus. Flores nutantes; petala vitellina, punctis rubellis conspersa, valde inæqualia. Nectarium cuculliforme apice recurvo. *Caps.* matura siliquæformis, tacta illico dissiliens.

In umbrosis humidis non infrequens; v. gr. in nemore Wylensi. Circa novam domum. Ad Birsam, Wiesam. Prope Mutenz im Eigenthal. Circa Asp. Prope Olsberg, Haltingen, Binzen, Kandern etc. In pago superiori. Augusto. ☉.

---

## D I G Y N I A.

ASCLEPIAS. *Nectaria* 5 ovata, concava, corniculum exserentia. *Folliculi* 2. *Sem.* papposa (contorta).

1) *Vincetoxicum*; foliis ovatis acuminatis, tenuissime ciliatis, caule erecto, (simplici) umbellis proliferis. W. H. 571. \* *Asclepias albo flore.* C. B.

*P.* 303. *Cat.* 87. *Cynanchum Vincetox. vulgare*  
 PERSEON. Sturm. I. 9. Schk. t. 55.

β. Flor. flavescentibus.

γ. Foliis ternis.

Caulis erectus, simplex, 1 — 2'. Flores axillares, corymboso-umbellati, longe pedunculati, cernui, albi. Semina lana sericea nivea prædita.

In montosis lapidosis nemorosis ubique. Majo - Jul. 24.

HERNIARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 10, quinque sterilibus alternis. *Caps.* 1-sperma.

1) *glabra*; caulibus ramosissimis prostrato-repentibus glabris, florum glomerulis axillaribus, multifloris glabris. DEC. H. 1552. \* *Polygonum minus glabrum vel Herniaria glabra*. C. B. herb. *P. minus vel millegrana major*. P. 281. *Cat.* 83. Schk. t. 56. F. D. 529.

α. Foliis nudis.

β. Foliis ciliatis.

Caules digit. palmares, humi adpressi. Folia parva, opposita, obovata, glabra, læte viridia, subciliata. Glomeruli approximati, foliis 2 deciduis suffulti. Flores exigui, virides.

In arenosis et lapidosis siccis; v. gr. *in der Sandgrube* cis pontem Wiesæ; ad Wiesam. In agris versus Huningam,

*St. Louis.* Circa *Riehen* et *Wyl*, in macilentis tenui gramine vestitis. In plateis urbis, ubi jam indicaverat J. B. Jun. - Aug. ☉? ♂?

2) *hirsuta*; caulibus ramosissimis, prostratis, hirsutis, florum glomerulis axillaribus multifloris hirsutis... H. *hirsuta* M. a B. SUPPL. H. *hirsuta* SM. \* *Polygonum minus vel millegrana major*. Var. *hirsuta*. C. B. et Cat. l. c. J. B. H. III. 379.

Ab anteced. simillima nonnisi hirsutiae omnium partium distinguitur. (An forsitan nonnisi varietas? Specim. intermedia innuere videntur. Nec prior constanter glabra).

Iisdem cum priori locis, sed minus frequens. Julio. Aug. ☉? ♂?

3) *incana* LAM.; foliis oblongis, basi attenuatis, hirtis, glomerulis axillaribus paucifloris, calycibus hispidopilosis, caulibus basi perennantibus. M. a B. SUPPL. H. 1553. H. *hirsuta* W. et omnium fere auctorum; videtur et H. *alpina* LOIS. H. *alpina* β. DEC. Vol. III. et H. *incana* Vol. VI.

A prioribus discrepat: Caule inferne sublignoso, foliis longioribus, basi in parvissimum petiolum attenuatis, canescentibus, glomerulis remotioribus paucifloris, flosculis parum majoribus; a

*glabra* præterea caule hirsuto, foliis margine calycibusque setoso-pilosis.

Cum prioribus multo rarius; legi semel in ipsa urbe in suburbio novo. Aug. Sept. 24.

**ATRIPLEX.** Flores hermaphroditi et foeminei. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Foem. Cal.* 2-phyllus, laciniis post inflorescentiam crescentibus *semen* compressum tegentibus.

1) *hortensis*; caule erecto herbaceo, foliis triangularibus dentatis concoloribus, calycibus fructus ovatis, reticulatis integerrimis. *W. Atriplex hortensis alba s. pallide virens. C. B. P.* 119.

*β. A. hort. rubra. P. l. c.*

Caulis 4—6', erectus. Folia pallide viridia. Flores parvi, ex albido-lutei. Fructus subrotundi, glabri, valvulis membranaceis cincti.

Raro apud nos colitur, tuncque sæpe ex horto emigrat. Jul. Aug. ☉.

2) *patula* L.; caule herbaceo, foliis triangularibus, inferioribus sinuato-dentatis, summis lanceolatis integerrimis, valvulis seminum deltoideis, inferne dentatis tuberculatis. *FL. ERLANG. H.* 1617. *A. hastata* Auct. (non L. Cf. *SM. BR. III.* p. 1092. in nota.) *Pet. H. Br. t. 7. f. 4.*

Caulis  $1\frac{1}{2}$ —3', divaricato-ramosus, ramis decumbentibus. Folia inferiora longius petiolata, late hastato-triangularia. Racemi terminales et axillares foliosi. Flores parvi, viridescentes, farinosi, glomerulati. Calyces fructus rhomboideo-deltaidei, angulis lateralibus in dentem obtusum productis, disco tuberculato-dentatis.

In ruderatis sequenti rarius. Circa Mühlhusiam R i s s. I e r. Exeunte æstate. ☉.

3) *angustifolia*; caule herbaceo divaricato, foliis (supremis) lanceolatis integerrimis, infimis subhastatis, calycibus seminum hastatis læviusculis. Sm. H. 1616. \**A. sylv. angusto oblongo folio*. C. B. P. 119. Cat. 34. *A. patula* Auct. (non L.) Schk. t. 347. F. D. 1285. (pro *patula*.)

α. Foliis latioribus. *A. patula* Mult.

β. Humilior, foliis angustioribus. H. 1616. β. *humifusa*.

Caulis ramosissimus, ramis valde divergentibus, sæpe longissimis, 1—4'. Folia alterna, infima latiora, brevius petiolata, hastata vel semihastata, superiora subdentata. Flores ut in priori. Calyces fructus similes, sed versus apicem magis elongati et disco plerumque integro, rarius dentibus paucis brevibus distincto. Calyces juniores pulverulenti observantur.

Vulgatissima in agris neglectis, ad vias, casas rusticas.  
Jun. - Sept ☉.

CHENOPODIUM. *Cal.* 5 - phyllus, 5 - gonus.  
*Cor.* o. *Sem.* 1 lenticulare superum, calyce  
clauso tectum.

\* Foliis angulatis.

1) *bonus Henricus*; foliis triangulari-sagittatis,  
integerrimis, spicis compositis aphyllis, axillari-  
bus (terminalibusque). L. H. 1578. \* *Lapathum*  
*unctuosum*. C. B. P. 115. Cat. 33. Schk. t. 56.  
F. D. 579.

Caulis simplex, 1—1½', superne, spicæ et fo-  
lia subtus, farina unctuosa adspersa. Flosculi con-  
gesti, ex viridi-flavescentes, fœmineis plurimis  
intermixtis.

In ruderatis, fimetis, ad muros abundat. Majo-  
Aug. 24.

2) *urbicum*; foliis triangularibus denticulatis,  
racemis confertis strictissimis, cauli approxi-  
matis longissimis, subaphyllis. Sm. F. D. 1143.

Caulis strictus, ramosus vel simplex, rubro-  
lineatus. Folia tenuia, non pulverulenta, ex  
flavicanti-viridia. Racemi axillares longi, cauli  
fere adpressi. Flores parvi, virides.

In fimetis, ad vias passim. Aug. Sept. ☉.

3) *rubrum*; foliis rhomboideo-triangularibus,

sinuato-dentatis, racemis erectis compositis foliosis. SM. H. 1583. *Atriplex sylvestris latifolia*. C. B. P. 119. Cat. 34. *A. dicta pes anserinus*. J. B. H. II. p. 975. ic. F. D. 1149.

Caulis ramosus, sulcatus, angulosus, 2—3', lineis rubris striatus. Folia quam in priori minora, inferiora profundius dentata, superiora sæpe integra, crassiuscula, nitida. Racemi spicati, erecto-patentes, axillares et terminales, bracteati. Calyces rubentes. Semina nigra, minutissima. Tota planta ætate colorem rubicundum induit.

Iisdem cum priori locis rarius; nuper vidi in ruderatis extra pagum *Binningen*. Jun. - Aug. ☉.

4) *murale*; foliis ovatis, inæqualiter dentatis, acutis, nitidis, racemis corymbosis nudis, caule ramoso patulo. W. (Alii C. et J. Bauh. syn. ad *rubr.* citatum, huc revocant; sed fide HALL. et MIEGII ad prius pertinet.)

Differt a priori: Caule ramosiore, magis erecto, foliis non triangularibus, sed ovatis 3-nerviis, nitidis, basi productis, acutius eroso-dentatis, dentibus 2 sæpe longioribus, et racemis compositis, subcymosis, subaphyllis. Odor ingratus.

Ad muros passim. Jul. Aug. ☉.

5) *opulifolium* SCHRAD.; foliis rhomboideis

dentato - sinuatis, racemis ramosis subfoliatis, calycibus fructus pentagonis, seminibus lævibus. LOISELEUR sub Ch. viridi. H. 1580. Ch. viride Mult. Ch. album BORKH. in *Rhein. Magaz.* Ch. album  $\beta$ . SM. Ch. opulifolium VAILL. t. 7. f. 1. Ch. erosum BAST. Diar. Bot. 1814. t. 3.

Folia subtus farinoso-glaucæ, quam in seq. latiora, breviora, obtusiora, pallidiora, omnia inæqualiter dentata vel erosa, margine sæpe rubella. Racemi densiores, breviores. Glomeruli majores. Flores subvirides, pulverulenti.

In ruderatis agrisque neglectis passim frequens.

6) *album*; foliis rhomboideo - ovatis, erosis, postice integris, (subtus glaucescentibus) superioribus oblongis integerrimis, seminibus lævibus. SM. *A. sylvestris folio sinuato caudicante*. C. B. P. 119. Cat. 34. Ch. Leiospermum DEC.

$\alpha$ . *album* L.; H. 1579. Schult. Fl. B. t. 23:

$\beta$ . *viride* L.; H. 1579  $\beta$ . *A. sylv. folio integro-racemosa*. J. B. H. II. 972, c. ic. mal. Ch. album  $\gamma$ . SM. F. D. 1150.

$\gamma$ . *concatenatum* THUILL.

Caulis erectus, ramosus, ramis cauli approximatis. Folia inferiora rhomboideo - triangularia, acuta, sinuato-dentata, una cum caule farina alba leviter adpersa, superiora integra, acuminata,



vix farinosa. Racemi ramosi, erecti, quam in priori graciliores, subaphylli. Flores conglomerati, calyces 5-goni, albide farinosi.  $\beta$ . Plantæ aspectus viridior. Folia subintegra, angustiora et racemi laxiores. In  $\gamma$ . caulis jam a basi ramosus, ramis elongatis gracilibus, racemorum glomerulis monilis instar proxime concatenatis.

In ruderatis, ad muros, locis incultis ubique. Jun.-Aug. ☉.

7) *fici-folium*; foliis hastato-sinuatis, erosis, postice integris, superioribus oblongis integerrimis, seminibus punctatis. SM. H. 1582. Ch. viride CURTIS. Ch. serotinum SUTER. (non L.) Petiver. hb. brit. t. 8.

A priori discrepat: Colore saturatius viridi, ramorum axillis sæpius purpurascens, foliis inferioribus fere trilobis vel hastatis, non farinosis, præsertim vero seminibus excavato-punctatis.

Cum priori. ☉.

8) *hybridum*; foliis cordatis, acuminatis, angulato-dentatis, paniculis dichotomo-ramosissimis, divaricatis, nudis. SCHULTES Bav. H. 1581. †*Atriplex sylv. latifolia acutiore folio*. C. B. P. 119. Cat. 34. Ch. angulosum LAM. Vaill. t. 7. f. 2. J. B. H. II. p. 976. ic.

Folia lævia, figura et odore *Stramonii*. Racemi terminales. Planta suspecta. Cf. *Götting. Anzei- gen* 1773. *St.* 55. p. 454.

In fimetis et aliquando in vineis, hortis, ad sepes passim. Aug. Sept. ☉.

9) *glaucum*; foliis omnibus oblongis, sinuato-repandis, (glabris) subtus glaucis, racemis aphyllis glomeratis (simplicibus). *Sm. H.* 1584. † *Atriplex sylv. altera. C. B. P.* 119, *Cat.* 34. *J. B. H.* II. 973. ic. bon. *F. D.* 1151.

Caules diffusi, crassi. Folia obtusa, supra viridia, nitida, subtus albido-glaucæ, margine sæpe rubella. Racemi glomerati, breves, nudi, glauci vel virescentes. Sem. punctata.

In fimetis rarum. Jul. Aug. ☉.

\* \* Foliis integris.

10) *olidum*; foliis integerrimis, rhomboideo-ovatis, floribus conglomeratis, axillaribus (caule diffuso). *W. H.* 1577. \* *Atriplex fætida. C. B. P.* 119. *Cat.* 34. *Ch. Vulvaria L. F. D.* 1152. *Blackw.* t. 100. *Tabern.* 812. ic. 2.

β. Odoris expers.

Caulis decumbens, divaricato-ramosus, unicum foliis parvis subtus pulverulento-canescens. Flores racemosi, racemis conglobatis, nudis. Odor detestabilis, digitis diu adhærens.

Ad vias, muros, in plateis urbis; v. gr. in suburbio novo. In der Mitzgasse] etc.  $\beta$ . ante portam Spaleam et prope St. Jacobum in humidis reperit Cl. F. Nees. Jun. Jul. ☉.

11) *polyspermum*; caule decumbente, foliis integerrimis oblongo-ovatis, petiolatis, racemis cymosis axillaribus et terminalibus laxis. . . . H. 1576. \**Elitum polyspermum*. C.B.P. 118. Cat. 34. F.D. 1153. Tabern. 1219. ic.

$\beta$ . \* *Folio latiore*. Cat. l. c.

Caulis vel decumbens vel erectus, diffuse ramosus. Folia alterna subpetiolata, saturate viridia, margine sæpe rubra, glomeruli in racemos cymosos, foliolis parvis interjectis, congesti. Flosculi numerosissimi, exigui, virescentes. Semina parva, nigra.

In prato Wiesam versus C. B. Michelfeldæ in aggere. Ad Birsecum, Wiesam. Circa Cliben, Riechen. Bei der Bleichs versus Wiesam. In nemore Wylensi. Prope Olsberg frequens.  $\xi$ . in pratis quibusdam minoris urbis C. B. Jul. Aug. ☉.

ULMUS. Cal. 5 - fidus. Cor. o. Samara compressa, membranacea, medio tumida.

1) *campestris*; foliis duplicato-serratis basi inæqualibus, floribus subsessilibus conglomeratis pentandris, fructibus glabris. W. H. 1586. *U. campestris Theophrasti*. C.B.P. 426. Cat. 106. \* *Ulmus*

*campestris Matthioli*. *Hb.* U. *nuda* Ehrh. Schk. t. 57. a. Lob. ic. II. 189. ic. 4.

β. Minor, fruticosa. U. *carpinifolia* GLEDITSCH.

Arbor procera, cortice fusco-cinereo, rimoso. Folia baseos latere altero in petiolum longius descendunt. Flores i. e. calyces fusco-rubelli, umbellato-congesti, ante foliorum eruptionem conspicui.

Var. *stam.* 3—6.

In sylvis satis frequens. β. in dumetis et sepibus. Mart. - Majo. †.

2) *suberosa*; foliis 2plicato-serratis, basi subæqualibus (petiolatis), floribus subsessilibus conglomeratis (sub) 4-andris, fructibus glabris, cortice ramulorum suberoso-alato. W. U. *sativa* Du Roi. U. *camp.* β. WAHL. *Carp.* U. *tetrandra* Schk. t. 57. b. Nostr. *Rother Ruster*.

β. *pumila*, vix tripedalis, decumbens. H. 1586 β. U. *nana* GLEDITSCH.

Arbor procera sive in β. fruticulus, cortice rimoso suberoso et floribus racemoso-fasciculatis minoribus distinguenda.

In sylvis montanis. β. in M. *Crenzach*, circa *Fridlingen* et D. *Jacobum*. In collibus prope *Istein*, ad ripam Rheni, aliisque locis aridioribus apricis. Mart. - Majo. †.

3) *effusa*; foliis duplicato-serratis, (subsessilibus) basi inæqualibus, floribus (sub) 8-andris, pedunculis (longioribus) effusis, fructibus margine ciliatis. W. \* *U. montana*. C.B.P. 427. Cat. 106. *U. montana* SM. *U. ciliata* EHRH. *U. octandra* Schk. t. 57. b. Lob. ic. II. p. 189. ic. 2.

Var. *stam.* 5—8.

In sylvis arbor, ad sepes et in dumetis montanis frutex. Rami patentes, æquales. Folia quam in prioribus ampliora, magis acuminata, minusque aspera, calyces 8-fidi, longius et inæqualiter pedunculati. Samaræ glabræ, ciliatæ.

In M. *Wasserfall* C. B. In sylvis montanis circa *Mutenz*, *Schauenburg* et in montibus editioribus passim. Aprili. †.

GENTIANA. *Cor.* campanulata vel infundibuliformis, limbo 4—5-raro 6-fido. *Caps* 1-locularis, 2-valvis, seminibus valvulis insertis.

\* *Cor.* sub5-fidis, subcampanulatis.

1) *lutea*; foliis latis ovatis nervosis, cor. sub5-fidis, rotatis, verticillatis, calycibus spathaceis (scariosis). PERSON. H. 637. \* *Gent. major lutea*. C. B. P. 187. Cat. 55. *sive officinarum* Ilb. J. B. H. III. p. 520. ic.

Rad. longa, crassa, cylindrica, nodosa, amara. Caulis 2—4', cavus, simplex. Folia, uti in *Veratro*, maxima, 5-nervia. Flores verticillati axillares et terminales, speciosi, flavi.

In pascuis montanis elevatioribus, M. *Kellenberg*, *Wasserfall*, *Vogelberg*, *Bürden*, *Ramstein* Prope *Reigoltschwoyl auf der Rossweide* e regione *Goris*. Im *Eogenthal* et in pascuis confinibus *Solod*. In montibus ad orientem vergentibus deest. Jul. Aug. 24.

2) *asclepiadæa*; cor. 5-fidis, elongato-urceolatis longitudine foliorum, axillaribus terminalibusque (sub) sessilibus, foliis amplexicaulibus, ovato-acuminatis. WAHLENB. *Carp. H.* 640. \* *G. asclepiadis folio*. *C. B. P.* 187. *Jacq.* a. t. 328. *J. B. H.* III. 523. ic.

Caulis 1—2', simplex. Folia decussata, obscure viridia, 5-nervia. Flores erecti, magni, cœrulei, punctati, intus albidi.

Iisdem pascuis, in quibus prior occurrit, imprimis in M. *Vogelberg* frequens. Julio. Aug. 24.

3) *Pneumonanthæ*; cor. 5-fidis elongato-urceolatis, foliis longioribus terminalibus, lacinulis-intermediis acuminatis, foliis sublinearibus, obtusis. WAHL. *l. c.* H. 641. \* *G. palustris angustifolia*. *C. B. P.* 188. *Cat.* 56. *Sturm*, I. 30. *Lam.* III. t. 109. f. 2. *J. B. H.* III. p. 524. ic.

Caulis  $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$ . Folia opposita, basi coadunata, inferiora minora. Flores pauci, speciosi, intense cœrulei, albo-punctati, plicati, plicis viridibus. Filam. connata.

In pratis Michelfeld. In paludibus circa *Bellelay* et *Delemontium*. Aug Sept. 24.

4) *acaulis*  $\beta$ . *angustifolia*; foliis lanceolatis, cor. 5-fida campanulata, caulem subexcedente. . . H. 642. cum  $\alpha$ . \* *G. alpina angustifolia magno flore*. C. B. P. 187. *G. angustifolia* VILL. *G. grandiflora*  $\beta$ . PERSOON. *Pneumonanthe angustifolia* SCHMIDT in Röm. Arch. I. 14. *Barrelier* ic. 110. *Lobel*. ic. t. 310. f. 1.

Caulis digitalis, sæpe palmaris. Folia radicalia lanceolata, in orbem digesta, caulina duo amplexicaulia minora. Flos terminalis, solitarius, speciosus, saturate cœruleus.

In pascuis montanis *die Wallenburgerweid* dictis. Supra *Kallenflueb* et circa *Rämstein*. Supra *Geisflueb*. In M. *Dictisberg*. Circa arcem *Falkenstein*. Jun Jul. 24.

(Var. *acaulis*  $\alpha$ . *latifolia* frustra apud nos quæritur.)

5) *verna*; cor. 5-fida infundibuliformi crenulata, plicis bidentato-appendiculatis, foliis radic. ovatis confertis patentibus, caulinis acutiusculis. M. a B. Suppl. H. 644. \* *Gentianella alpina verna minor*, C. B. P. 188. („*major*” ad *G.*

bavaricam L. pertinet, ex fide hb.) Sturm. I. 41. Röm. Fl. E. f. 6. Clus. 315. c. bon. ic.

Caulis 1—2". Folia radicalia in orbem expansa, caulinis multo majora. Flos terminalis, tubo calycem superante, saturate cœruleus, corollæ laciniis 5, raro 6, acutis.

In M *Wasserfall, Vogelberg, Ramsstein, Geisfluch*. In pratis montanis vallium *Laufen* et *Delsberg*. April. 24.

6) *utriculosa*; foliis radicalibus ovalibus aggregatis, caulinis connato-oppositis spathulato-ovatis, calycibus ventricosis, alatis, 5-dentatis... H. 646.

\* *G. utriculis ventricosis*. C. B. P. 188. Hippiion utriculosum SCHMIDT. Sturm. I. 30.

Caulis plerumque a basi ramosus, angulosus, purpurascens. Calycis alæ acutissimæ, apex 5—6-fidus, segmentis acutis. Corolla infundibuliformis, limbo 5—6-partito, azurea, fauce nuda.

(*G. utriculosam* WAHL. Helv. ad *G. angulosam* M. a BIB. refer.).

Michelfeldæ Lach. Apr. Majo. 24.

7) *germanica*; cor. 5-fidis, hypocrateriformibus, fauce barbatis, laciniis limbi ovatis, acutiusculis, æqualibus, foliis ovato-lanceolatis,



ramis internodiis longioribus. W. H. 651. \* *G. autumnalis ramosa*. C. B. P. 188. Cat. 55. *G. amarella* L. FRÖL. (non W.) Sturm. I. 23.

β. Minima, 2-uncialis. \* *Gentianella cœrulea oris pilosis*. C. B. P. 188. (Male ad *ciliatam* ducitur) J. B. H. III. p. 526. ic. 2.

(Quam in pratis prope Basileam J. BAUH, reperit Gentianam, non *uliginosa* est, uti suspicatur SPRENGELIUS in *Fl. Hal.* p. 84., sed *germanica*. Cf. B. H. III. p. 526. descript.)

Caulis 2—9", ramosus, in specim. parvis simplex. Folia radicalia obovata, in petiolum decurrentia, obtusa, caulina infer. ovato-lanceolata, superiora cordata, acuta. Calyx 5-fidus, segmentis subæqualibus, lanceolatis. Cor. 5-fida, laciniis limbi plerumque acutis, vel in eadem sæpe planta obtusiusculis, purpureo-cœrulea, fauce squamulis 5 ciliatis clausa. Ramis internodio longioribus a *G. amarella* W. et calycis laciniis 5 subæqualibus a *campestris* inprimis differt. Tota planta amara.

In pascuis siccis montosis collibusque apricis et ad sylvarum oras satis frequens. β. inter priorem. Autumno. ☉.

\* \* \* Cor. 4-fidis.

8) *campestris*; cor. 4-fidis, hypocrateriformibus, obtusis, fauce barbatis, calycis laciniis duabus maximis. FRÖLICH. H. 650. \* *Gent. 9 vel*

*fugax s. annua 3a Clusii. C. B. Herb.* Hinc *G. pratensis flore brevior et majore. Pin.* 188. *G. fugax tertia Clusii. J. B. H. III. p.* 526. *F. D.* 367.

Priori affinis, sed humilior, 3—5", ramosior, præcipue recedens calyce semi4-fido, laciniis 2 oppositis maximis et limbo 4-fido, laciniis obtusis.

Varietas *f. albo* exstat in herb. Bauh.; sed aliunde obtenta.

Alibi vulgaris, nobis rarissima. In M. Muteto *C. B.* Circa *Ramstein* unica vice lecta fuit a. b. Lach. Sept. ☉.

9) *ciliata*; cor. 4-fidis, hypocrateriformibus, laciniis serrato-fimbriatis, foliis lanceolatis (linearibusque) caule flexuoso anguloso. *WAHL. Carp.* H. 653. (excl. var. Bauh.  $\beta$ .) \* *G. angustifolia autumnalis. C. B. Cat.* 56. *Jacq. a. t.* 113. *Sturm. I.* 23.

$\alpha$ . Major, ramosior. *G. ang. autumn. major. P.* 188.

$\beta$ . Minor, caule simpliciore. † *G. ang. minor, floribus ad latera pilosis. P. l. c.*

Rad. repens. Caulis 4-gonus, sæpe ramosus, palmaris, in  $\alpha$ . spithamæus, in  $\beta$ . digitalis, simplex. Flores plerumque solitarii, odore levi cinnamomeo. Calyx 4-gonus, 4-dentatus; corolla saturate cœrulea, immaculata, laciniis multifido-

ciliatis. Stamina 4; antheræ apicibus staminum unifornibus appensæ. Stigm. 2, sessilia, crassa, villosa. Caps. superne 4-gona.

Michelfeldæ. In M Muteto. *Cenz. ch.*; prope *Olsberg*, *Arlesheim* et in toto Juræ tractu. Aug. Sept. ♂? ♀.

10) *cruciata*; cor. 4-fidis hypocrateriformibus, nudis, verticillatis, sessilibus, caulibus ancipitibus, basi attenuatis, (foliis decussatis, connato-vaginantibus). FRÖL. H. 643. \* *G. cruciata*. C. B. P. 188. *Cat.* 55. Jacq. a. t. 372. Tabern. 1104.

β. *Ramosa*. *Gentianæ tertiæ prima species*. C. B. *herb.*

*Altera est procumbens et minor, altera erecta major*. C. B. *l. c.* Flores cœrulei, extus viridi mixti. β. ex inferioribus axillis ramos edit.

Variat foliis ternis, quaternis et angustioribus. *Amaritie G. luteam* æmulatur.

Locis graminosis siccis et montosis frequens. Planioribus etiam in locis, v. gr. ad Rhenum, Birsam etc. β. prope *Meltingen* t. hb. Lach. Etiam in Bauh. Hb. obvia. Jul. Aug. ♀.

## UMBELLIFERAE.

---

### I. *Fructus compressi, plani.*

---

**HYDROCOTYLE.** *Fructus* compressus, planus, semiorbicularis, subcorticatus, angulis tribus prominulis, commissura plana, dorso parallela. *Umbella* simplex.

1) *vulgaris*; foliis (longe petiolatis) peltatis, orbiculatis, crenatis, umbella pedunculata sub5-fidra, caulibus radicanibus... H. 812. \**Ranunculus aquaticus Cotyledonis folio*. C. B. P. 180. (excl. synonymo COLUMNÆ ad *Ranunculi* speciem pertinente.) Schk. t. 59. F. D. 90.

Caules tenues, repentes. Umbellæ perexiguæ, flosculis albidis vel rubellis.

In fossis et stagnis Michelfeldæ Cl. Zeiherus. Jul. Aug. 24.

**HERACLEUM.** *Fructus* subrotundo-ovalis, apice emarginatus, plano-compressus, marginatus, jugis tribus obsolete, valleculis ad dimidiam longitudinem maculatis, commissura plana bimaculata. *Involucr. univ. o.*

1) *Spondylium*; foliis pinnatis bijugis, scabro-hirsutis, dentatis, foliolis lateralibus sinuatis, extremo trilobo, palmato, acutiusculo, flosculis albidis, subdifformibus, fructibus glabriusculis. SPRENGEL. H. 809. \* *Spondylium vulgare hirsutum*. C. B. P. 157. Cat. 47. Schk. t. 67. Lob. 703. ic. ex Dod.

β. Foliolis angustioribus. \* *Spondyl. hirsutum foliis angustioribus*. C. B. P. 157. Prodr. p. 83. cum *angustifolio*. H. elegans Jacq. fl. a. t. 175. Cranz. fasc. 3. t. 2.

Caulis 3—6', inferne pilis deflexis hispidus. In α. foliola plerumque quinata, hirsuta, lacinia suprema acuta, reliquis magis obtusis; in β. subternata, angustiora, tribus nempe foliolis superioribus ad basin confluentibus, laciniis omnibus acutis. Umbellæ magnæ, multiradiatæ. Flores albi, petalis radii majoribus lunatis.

Ubique in pratis, ad sepes. β. in pratis montanis. Jun. Jul. 24.

2) *alpinum*; foliis simplicibus cordatis, obsolete lobatis, serratis. W. H. 840. \* *Spondyl. alpinum glabrum*. C. B. P. 157. Prodr. p. 83. c. ic. bon. Cat. 47.

Priori demissius. Caulis pedunculique hirsuti. Folia rad. longe petiolata, ampla, facie glabra,

dorso ad nervos hirsutula, obsolete 3 — 5-loba, lobis subtrifidis. Involucrum deciduum. Fructus obcordato-ovati.)

(Recens planta lacte turget, quod manibus tactum, sensim vesicas excitat.)

In M. *Wasserfall*, ubi satis copiose nuper mihi occurrit; In M. *Vogelberg bei Oberbürtzen*. In M. *Kallen*, *Hornflueh*, *Änenballenflueh*, *Geisflueh* etc. Jul. Aug. 24.

**PASTINACA.** *Fructus* ovalis, apice emarginatus, plano-compressus, marginatus, jugis 5 obsolete, valleculis striatis, commissura bistriata. *Involucr. univ. et part. o.*

1) *sativa*; caule sulcato glabro, foliis pinnatis, foliolis ellipticis inciso-serratis, decussatis, semidecurrentibus, summis 2 — 3-fidis, glabriusculis. WALLROTH. H. 808, \* *P. sylvestris latifolia*. C. B. P. 155, *Cat.* 46, *P. sylvestris* MILL. Dict. F. D. 1206

*β. sativa*; MILL. Dict.

Rad. fusiformis, dulcis, edulis. Caulis 2 — 3'. Petala lutea. Fructus magnus odoratus.

In arenosis, sepibus humidis, vineis, locis ruderosis, pratis et agris frequens. Jul. Aug. ♂.

## II. *Fructus solidiusculi, alati.*

---

SELINUM. *Fructus* subrotundus, basi emarginatus, margine alatus, jugis tribus dorsalibus obsoletis, valleculis plano-convexis. *Involucr. univ. et part. polyphyllum.*

1) *palustre*; lactescens, radice fusiformi, subsimplici, caule striato ramoso, foliis subquadriplicato-pinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis, radiis umbellæ sursum hispidulis. . . . H. 799 et 800? \**Apium sylvestre lacteo succo turgens*, C. B. *Herb. Seseli palustre lactescens*. P. 162. *Prodr.* 85. c. ic. (HALL. eam in *Enum.* hûc, in *Histor.* autem ad n. 800. refert.) S. *palustre* et *sylvestre* Auct. S. *sylvestre* JACQ. a. t. 152. Schk. t. 63, Lob. ic. 711. An S. *sylvestre* L. diversum?

Radix valida, sicuti caulis et folia, succo lacteo amaro scatens. Caulis sulcatus, angulatus, fistulosus, glaber vel plus minus scaber, 2—4'. Folia 3—4-plicato pinnata, foliolis angustis, apice cuspidatis, purpurascens. *Involucr.* 8—10-phyllum, foliolis reflexis. Petala alba, extus rubella.

Michelfeldæ. Jul. Aug. 24.

2) *Oreoselinum*; foliis 3plicato-pinnatis, flexuoso-divaricatis, foliolis cuneiformibus, subtrifidis,

inciso-serratis. . . H. 803. \* *Apium montanum folio ampliore*. C. B. P. 153. Cat. 46. *Athramanta Oreoselinum* L. Jacq: a, t. 68. Schk. t. 64.

β. Foliis tenuius incis. Hb. Hag.

Radix aromatica, lactescens. Caulis 2—3', superne dichotomus. Folia firma, sursum et retrorsum flexa, quasi distorta. Involucr. polyphyllum, foliolis setaceis, reflexis. Flores albid.

In M. Muteto, *Crenzach*. β. Michelfeldæ J. Hagenb. Jul. Aug. 24.

ANGELICA. *Fructus* ellipticus compresso-solidiusculus, corticatus, jugis tribus dorsilibus acutis, valleculis sulcatis, margine alatus. *Involucr. univ. o.*

1) *Archangelica*; foliorum impari lobato. Sm. *A. sativa*. C. B. P. 155. F. D. 206.

Suave aromatica. Caulis 4—6'', succosus. (Juniore decorticati edules sunt et saccharo condiuntur.) Folia ternata, pinnata, foliolis ovato-lanceolatis, impari tripartito. Petiolus ventricosus. Umbellæ globosæ. Invol. deciduum. Involucella polyphylla, lineari-lanceolata, brevia. Petala inflexa, albido-viridia. Fructus jugi cartilagineo-alati.

In M. *Hauenstein* prope *Wallenburg* J. Hagenb. t. hb. (In M. *Ballon* Cel. *Nestler*.) Jul. Aug. ♂. 24. ?



2) *sylvestris*; foliis pinnatis, foliolis ovatis inæqualiter decurrentibus, mucronato-serratis, vaginis laxis, ochreatis, caule superiore pedunculisque incano - tomentosis. WALLROTH. H. 806.  
 \**A. sylv. major*. C. B. P. 155. Cat. 47. Selinum Angelica ROTH. Imperatoria sylv. DEC. Schk. t. 68.

β. \**A. sylv. minor aquatica*. P. 156. Cat. 47.

γ. Foliolis lobatis, basi cordatis. A. intermedia SCHULTES. Obs. bot. p. 56?

Caulis 3-4', glaucus. Folia ampla, glabra, tripinnata, foliolis ovatis, basi obliquis, sæpe lobatis, acute serratis, serraturis cuspidatis. Vaginæ amplæ ventricosæ. Involucrum sub 2-phyllum. Involucella polyphylla. Petala ex albido-rubella. β. non nisi statura humiliori differre mihi videtur; in γ. foliola basi oblique cordata, magis duplicato-serrata, plerumque lobata, sed utrinque glabra.

In sylvaticis et pratis humidis frequens. β. Michelfeldæ C. B. γ. in sylva prope Olsberg, versus dem Weiserfeld Cl. F. Nees. In nemore Wylensi. Aug. Sept. 24.

3) *carvifolia*; caule membranaceo - angulato, foliis subtripinnatis, foliolis ovato-lanceolatis, subincisis, laciniis trifidis linearibus, apice carinato-mucronatis. WALLR. H. 802. † *Seseli pratense tenuifolium* vel *Daucus pratensis tenuif.*

*C. B. P.* 162. *Prodr.* 85. *Cat.* 49. \* *Pastinaca Sesileos pratensis facie.* *Herb.* Selin. carvifolia L. Hall. *Hist.* t. 20. *Jacq.* a. t. 16. *Vaill.* t. 5. t. 2.

Caulis 2 -- 3', rigidus, brachiatas, sulcatus, sulcis in caule inferiori ita profundis, ut alas membranaceas referant. Foliorum petioli basi membranacei, non vaginantes. Folia glabra, læte viridia, lacinulis mucrone albicante terminatis. Involucellum polyphyllum, foliolis linearibus. Flores rubelli. Fructus late ovales.

In pratis nonnullis Michelfeldæ non longe ab ædibus L'ach. Julio. Aug 24.

**IMPERATORIA.** *Fructus* subrotundo - ovalis compressiusculus, basi emarginatus, jugis tribus dorsalibus obtusis, valleculis planoconvexis, margine alatus. *Involucr. univ. o.*

1) *Ostruthium*; foliis ternatis, foliolis ovatis, lateralibus subbilobis, intermedio trilobo... H. 805.  
\* *Imperatoria major.* *C. B. P.* 156. *Tabern.* 238. ic.

Radix fusiformis tuberosa, aromatica. Folia lata, acute duplicato-serrata. Umbellæ maximæ, copiosissimæ. Flosculi albi.

Planta alpium incola, in rusticorum hortis sub idiomate *Meisterwurz* colitur, ex quibus haud raro exspatiatur. Jul. Aug. 24.

2) *Chabræi*; caule tereti striato, involucre

nullo, vaginis foliorum laxis, (foliis pinnatis) foliolis filiformi-linearibus. *W. Carvifolia* C. B. *P.* 158. *Cat.* 47. et *J. B. H. III.* 2. p. 171. (Perperam C. et J. B. Syn. ad *Angel. carvifol.* ducuntur. Cf. LACH. in *Act. H. VII.* p. 334, et in *Lit. ad Hall. T. V.* p. 347.) *Selinum Chabræi* L. S. podolicum BESSER. *Peucedanum carvifol.* VILL. S. palustre THUILL. S. *carvifol.* CRANZ. a. III. t. 3. f. 2. Jacq. a. t. 72.

Caulis erectus, 2—5', glaber, angulatus, striatus, superne ramosus. Folia membranaceo-petiolata, suprema pendula, radicalia pinnata vel bipinnata, foliolis pinnatis vel profunde pinnatifidis, imis decussatis, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis; caulina superiora pinnata, foliolis simplicibus multo longioribus. Invol. o. Involucell. fol. 2—3, setacea, caduca. Umbellæ radii valde inæquales. Flores albidii, extus rubelli. Fructus ovati, compressi, jugis tribus et margine membranaceo.

(In schedula ad *Imp. Chabræi*, C. B. affirmat, se *Carvifoliam* suam prope pontem Mönchensteinensem legisse; id quod optime congruit cum loco natali in *Cat.* p. 47. indicato.)

Ad Birsam e regione *Mönchenstein* C. B. Lach. et alii. Inveni prope pontem Dornacensem in dumetis; prope *Aesch.* Etiam Michelfeldæ provenit. Jul. Aug. 2½.

LASERPITIUM. *Fructus* ovalis subcompressus, jugis primariis tribus acutis, secundariis alatis. *Involucr. univ. et part.* polyphyllum.

1) *latifolium*; foliolis oblique subcordato-ovatis, obtusis, mucronato-crenatis, fructuum alis crispis. . . H. 792. \* *Libanotis latifolia* (*major in hb.*) *altera s. vulgaris*. C. B. P. 157. Cat. 47. Jacq. a. t. 146. Schk. t. 67. F. D. 1513. Clus. H. II. p. 194. f. 2.

$\beta$ . Foliis subtus ad costas nervosque scabris. L. asperum CRANZ?

Rad. crassa, multiceps. Caulis 2—4', teres, striatus, glaber. Petioli membranacei ventricosi. Folia perampla, duplicato-pinnata, utrinque glabra vel in  $\beta$ . ad nervos scabra. Umbellæ terminales amplæ. Involucra polyphylla, foliolis linearilanceolatis, patentissimis vel reflexis. Flores albid.

(Ne confundas var.  $\beta$ . cum *Laserp. Cervaria* GMEL.; quæ foliolis duplo triplove minoribus differt. In nostra var. foliola magnitudine ab  $\alpha$ . vix recedunt. GMELINI planta maxime tamen affinis videtur.)

In montibus altioribus per totum pagum.  $\beta$ . locis montosis magis saxosis; v. gr. in M. Dietisberg. Jun.—Aug. 24.

2) *Siler*; foliolis ovali-lanceolatis, integerrimis, petiolatis. L. H. 794. *Ligusticum*, quod *Seseli officinarum*. C. B. P. 162. Jacq. Fl. a. t. 145.

*B. angustifolium* P. l. c. Prodr. 85. Clus. H. II. p. 195. f. 1.

Rad. crassa. Caulis 1 — 5', teres, lineatus, ramosus. Vaginæ petiolorum amplæ. Folia multiplicato-pinnata, glaucescentia, foliolis lanceolatis vel lineari-lanceolatis, integris. Involucrum sub10-phyllum, patens vel deflexum, foliolis ovatis. Umbella multiradiatâ, magna, convexa. Petala alba, subæqualia, apice inflexa. Tota planta glabra, aromatica.

Nuperrime primum detexit Frische-Joset, hortulanus, Botanicus studiosissimus, *im Drachenloch des Rehlag*: prope Wallenburg. Ibidem legit Cel. Burkhardus Bot. Prof. Jul. Aug. 2.

### III. *Fructus utriculati.*

---

CICUTA. *Fructus* subglobosus, utriculo adpresso, jugis quinque obtusis, valleculis maculatis.

1) *virosa*; foliis biternatis, foliolis lanceolatis serratis, acutis, subdecurrentibus, vaginis in petiolos abeuntibus. WALLROTH. H. 781. \**Sium* (*majus* in Hb.) *Erucae folio*. C. B. P. 154. Cat 46. et \* *S. latifolium* in Hb. *Cicutaria aquatica* LAM. Schk. t. 71. F. D. 203. Lob. ic. 208. f. 2.

Rad. tuberosa, loculosa, succum croceum venenatum continens. Caulis 2', fistulosus, crassus, ramosus. Folia amplissima, saturate viridia, tripinnata, foliolis trifidis, laciniis lineari-lanceolatis, argute serratis. Involucr. subnullum. Umbellæ magnæ. Involucella polyphylla, brevia, setacea, deflexa. Planta præ omnibus totius ordinis venenata.

Michelfeldæ. Fridlingæ. In stagnis ad Rheni ripam sinistram. Prope *Ottmarsheim*. In rivulis et fossis Michelfeldæ. Jun. - Aug. 24.

**ASTRANTIA.** *Fructus* lanceolatus, solidus, utriculo laxo, obtuse sulcato, transversim rugoso. *Involucra* polyphylla, umbellam fascicularem æquantia.

1) *major*; foliis radic. palmato-5-fidis, inciso-biserratis, ciliatis, caulinis lobatis, petiolatis, involucellis lineari-lanceolatis subintegerrimis umbellam æquantibus. M. a B. Suppl. H. 790. *Helleborus niger Saniculæ folio major*, C.B.P. 186. Sturm. I. 29. Schk. t. 52. n. 4.

Caulis 1—2', subsimplex. Involucellum radiatum, pallide viride, venis purpureis pictum; foliolis vel integris vel infra apicem 1—2 dentatis.

In M. *Wasserfall* Lach. et recentiores. Jul. Aug. 24.

---

IV. *Fructus corticati.*

CORIANDRUM. *Fructus* subglobosus, cortice muriculato, ecostato, commissura apice forata.

1) *sativum*; seminibus globosis. L.H. 764. \**Coriandrum majus*. C.B.P. 158. Schk t. 72. Sturm. I. 3.

Caulis erectus, ramosus, 2—3'. Folia radic. pinnata, foliolis subovatis, inciso-serratis, impari trilobo; caulina bipinnatifida, laciniis linearibus. Umbella alba. Odor plantæ recentis nauseosus.

In vineis et hortis rusticorum colitur quidem, sed passim ceu sponte apparet; v. gr. in vineis prope *Münchenstein* Etiam legi ultra *Langenbruck* ad dextram viæ juxta sepes. Julio. ☉.

AETHUSA. *Fructus* ovatus, solidiusculus, jugis 5 acutis turgidis, valleculis acutangulis, commissura plana striata. *Involucr.* dimidiatum aut 0.

1) *Cynapium*; foliis triplicato-pinnatis, subtus lucidis, pinnis multifidis, laciniis linearibus, extremis confluentibus, involucellis setaceis, demum pendulis. . . H. 765. \**Cicuta minor Petroselino similis*. C.B.P. 160. Cat. 48. Coriandr. Cynap. ROTH. Schk. t. 72. Lob. ic. II. 280. Nost. *Katzenpeterli*.

Rad. fusiformis. Caulis 2 — 4', ramosus. Involucelli dimidiati foliola 3 — 5, linearia, longa, primum patula, dein pendula, quo ultimo caractere præter odoris et saporis illi peculiaris absentiam, planta noxia ab *Ap. Petroselino* simili facile discernitur. Petala alba, bifida.

In areolis hortorum, in cultis et ruderatis, sepibus, inter stipulas, circa vineas etc. Jul. Aug ☉.

### V. *Fructus armati,*

---

DAUCUS. *Fructus* oblongus solidiusculus, jugis primariis secundariisque aculeato-setosis. *Involucr.* pinnatifidum.

1) *Carota*; caule petiolisque hirsutiusculis, foliis tripinnatis, foliolis cuneiformi-ovatis, profunde incisus, mucronatis, involucellis subciliatis. WALLROTH. Hall. Hist. 746. Nomencl. 744.  
\**Pastinaca tenuifolia sylvestris Dioscoridis s. Dauc. officinarum.* C. B. P. 151. Cat. 45. F. D. 723.

β. *Sativa. Past. sativa tenuif. radice lutea.* Hb. vel alba. Pin. 151. vel atrorubente, Ibid.

Caulis 2'. Umbella florifera plana, fructifera concava vel contracta. Flores albi, quandoque rubelli vel atrorubelli, exterioribus majoribus.

Jun. Jul. ♂.



CAUCALIS. *Fructus* oblongus, subcorticatus, angulatus, jugis aculeatis. *Invol.* varia.

† Jugis primariis solis aculeatis.

1) *daucoides*; foliis tri-pinnatis, umbellis sub3-fidis aphyllis, umbellulis trispermis, involucello triphylo. . . H. 739. \**C. arvensis echinata* (*in hb.*) *parvo flore et fructu.* C.B.P. 152. Cat. 46. *C. leptophylla* POLLICH. (non L.) *Daucus leptophyllus* SCOP. Jacq. a. t. 157. Sturm. I. 3. pro *leptophylla*.

(Epitheton floris et fructus „parvus” nonnisi „magno” in BAUHINI synonymo ad plantam seq. pertinente, oppositum, auctores induxisse videtur, ut illud ad *C. leptophyllum* L. retulerint; hanc insuper stirpem, Alsatiaë licet indigenam, frustra apud nos quæsieris, quamvis in *Höpfn.* Diario IV. p. 31. asseveretur, a LACH. *Michelfeldæ* fuisse lectam. Nec feliciori successu Cel. SUTERUS notam HALLERI ad calcem n. 739 in *leptophylle* suæ gratiam interpretatur.)

Pilosa, pilis raris patulis, sub umbella et ad nodos longioribus, confertioribus. Petala rubella. Fructus ovato-oblongi, setis validis flavescens aduncis muricati.

Inter segetes frequens., præsertim versus *Mutenz.* Jun. Jul.

† † Jugis primariis secundariisque bifariam aculeatis.

2) *grandiflora*; involucris singulis 5-phyllis, foliolo unico duplo majore, petalis exterioribus maximis (foliis tripinnatis). JACQ. H. 740. *C. arvensis echinata magno flore*. C. B. P. 152. *Cat.* 46. Jacq. a. t. 54. Lam. Ill. t. 192. f. 1. Riv. irreg. pentap. t. 25.

Caulis angulosus, sulcatus, glaber, ramosus. Involucr. 5-phyllum, sæpe q. Petalum exterius corollæ radii maximum, 2-partitum, niveum. Semina magna, ovata, setis rigidis uncinatis armata.

In agris prope *Mutenz*, ascendendo in montem; versus *Rheinach* etc. Supra *Gempenstollen*. In agris pagi superioris ubique obvia. Jun. Jul. ☉.

**TORILIS.** *Fructus* ovalis, ecostatus, undique hispidus. *Involucr.* univ. o, *partiale* polyphyllum.

1) *Anthriscus*; umbellis confertis, involucro subhexaphyllo, foliis bipinnatis (?) scabris, seminibus ovatis, aculeis hispidis, apice aduncis. GMEL. H. 741. \* *Cauc. semine aspero, flosculis rubentibus*, C. B. P. 153. *Prodr.* 80. c. ic. *Cat.* 46. *Tordyl.* *Anthriscus* L. *Caucalis Anthriscus* ROTH, Jacq. a. t. 261. F. D. 919.

Caulis elatus, 1½—4', rubellus, pilis deflexis scaber. Folia pinnata, maculis purpureis sæpe notata, foliolis ovato-lanceolatis, pinnatifido-incisis,

mucronato-serratis, in superioribus foliolo terminali elongato. Flosculi parvi, ex albido rubelli. Setæ rubellæ vel albidæ.

In ruderatis, ad fossas, vias. Jun. Jul. ♂.

2) *helvetica*; involuero nullo aut unifolio, foliis duplicato-pinnatis, foliolis lanceolatis, acute serratis, foliolo extimo elongato, fructibus ovatis hamato-hispidis. . . H. 742. (Bauh. specimen cum priori mixtum erat. t. LACH.) *Caucalis helvetica* L. ed. Murr. *C. arvensis* W. *C. segetalis* THUILL. Scand. infesta L? (Scandicem infestam JACQ. F. a. t. 46. non diversam credit LACH. in Act. helv. VIII. p. 144. An jure?) Jacq. H. V. III. t. 16.

Caulis subdecumbens, scaber, duriusculus, diffuse et divaricato-ramosus. Folia adpressipilosa, tenuissime divisa, foliolis extimis elongatis. Flosculi albidi. Fructus parvi, oblongi, setulis copiosis nigricantibus uncinatis obsiti. Pili caulis et ramorum in hac et priori retrorsum, radiorum umbellæ antrorsum flexi.

Circa *Wyl* et *Riehen* inter stipulas et alibi passim abunde. Exeunte æstate. ♂.

**SANICULA.** *Fructus* lanceolatus, ecostatus, undique setis uncinatis hispidus. *Umbella* capitata, *Invol.* polyphyllum,

1) *europæa*; foliis radicalibus petiolatis, reniformibus, 5-lobis, laciniis cuneiformibus subtrifidis, mucronato-serratis, umbella 3—5-fida, floribus in umbellula subglobosa sessilibus. . . H. 737. \* *S. officinarum*. C. B. P. 319. Cat. 90. *Caucalis Saniculâ* ROTH. F.D.283. Schk. t. 60.

Caulis subnudus, 1½—2'. Flosculi polygami, ex albido-rubelli, in capitulum congesti.

In sylvis et nemoribus frequens. Majo.—Jul. 24.

**ATHAMANTA.** *Fructus* oblongus, solidus, quinque-costatus hirsutiusculus. *Involucr. univ. et part. polyphyllum.*

1) *Libanotis*; caule angulato, sulcato, glabro, foliis planis, glabris, bipinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis cuneiformibus incisissimis, pinnis infimis deflexis decussatis, umbella hemisphærica... Hall. Hist. 744. Nomencl. 757 \*) \* *Daucus montanus apiifolio minor*. C. B. Prodr. 77. c. ic. Cat. 45. (Certe huc, pace Cel. SPRENGELII, qui in Illustr. Umbellif. p. 137. vult exclusum.) Jacq. a. t. 392.

β. Major, altior, foliolis majoribus. Jacq. l. c. t. 392. ic. non colorat.

Rad. longa, aromatica, superne setis nigricantibus coronata. Caulis 1—4', ramosus. Petioli membranacei, basi pubescentes. Umbellæ multifloræ, densæ, hemisphæricæ, fructiferæ planæ,

radiis pubescentibus. Invol. tandem reflexa. Flores albi, in umbellulas densas congesti.

In M. Muteto, *Gempen*, *Dornach* etc. et in omnibus montanis elevatioribus satis abundat. Specimen maximum legit prope arcem *Falkenstein* Jac. Hagenb. t. hb. (An ad *A. sibiricam*?) Jul. Aug. 24.

2) *cretensis*; hirsuta, foliis triplicato-pinnatis, foliolis subtrifidis, laciniis linearibus, fructibus incano-villosis. . . Hall. Hist. 745. Nom. 746. \**Daucus montanus multifido longoque folio s. montanus umbella candida*. C. B. P. 150. Cat. 45. \**Daucus cretico similis*. Hb. Jacq. a. t. 62.

Tota planta incano-pubescentis. Rad. fusiformis, multiceps. Caulis  $\frac{1}{2}$ —1', firmus, ramosus. Petioli membranacei. Involucr. subtriphyllum. Involucella 5—9-phylla. Fructus stylis præditi.

Ad rupes *der Schartenfluch*. In M. *Dornach*, *Gilgenberg*, *Kallen*, *Wasserfall*, *Vogelberg*. Supra *Ankenballenfluch*, *Hornfluch*, *Castellenfluch* etc. Jul. Aug. 24.

ANTHRISCUS. *Fructus* oblongus, teres, apice attenuatus, muricatus, commissura sulcata. *Involucr. univ. o., part. polyphyllum*.

1) *vulgaris*; involucro subnullo, seminibus oblongis acutis, aculeis incurvis hispidis. GMEL. H. 743. *Myrrhis sylvestris seminibus asperis*. C. B. P. 160. \**Cicutarice affinis fratris*. Herb.

Scandix Anthriscus L. Torilis scandicina GMEL.  
Jacq. a. t. 154.

Caulis nodosus, lævis, ramis diffusis. Folia pilosa, tripinnata, foliolis ovatis, subtrifidis. Umbellæ subternæ, oppositifoliæ, 4 - 5 - radiatæ. Umbellulæ parvæ, flosculis exiguis, albidis. Fructus nigri, aculeis sursum curvatis.

Ante portam D. Johannis ad sepes. Prope St. Louis, Newweg. In ruderosis ante portam Spaleam et D. Albani. Majo. Jun. ☉.

## VI. *Fructus solidi, nudî.*

† Lanceolato - lineares.

MYRRHIS. *Fructus* sublinearis, angulatus, jugis acutiusculis, apice attenuatus vel stylo coronatus. *Invol.* univ. o.

1) *bulbosa*; radice bulbosa, caule lævi maculato, geniculis incrassato, basi pilis deflexis hirtis, foliis supradecompositis. . . H. 752. \* *Cicutaria bulbosa*. C. B. P. 161. Cat. 49. Chærophyllum bulbosum L. Scandix bulbosa ROTH, Jacq. a. t. 63. J. B. H. III. p. 183. c. ic.

Rad. turbinata, deliquescens. Caulis 4 - 6', fistulosus, maculis ferrugineis vel purpureis adspersus, geniculis inferioribus scabris. Petioli

pilosi. Folia glabra, subtus ad nervos pilosa. Involucella linearia, margine nuda. Petala albida, inflexa, bifida. Fructus glabri, profunde striati; hinc jure MYRRHIDI adscribenda.

In prato Sclopetariorum C. B. Circa Mühlhusiam J. B. l. c. Nec Lachenalio, nec aliis denuo sese obviam dedit. Jun. Jul. ♂. 4.

SCANDIX. *Fructus* sublinearis, angulatus, jugis acutiusculis rostratus, nucleo seminis dimidiam longitudinem æquante. *Involucr. univ. o.*

1) *Pecten*; foliolis multifidis linearibus, fructuum rostro longissimo, bifariam retrorsum hispido. . . H. 754. \* *Sc. semine rostrato vulgaris.* C. B. P. 160. Cat. 152. Jacq. a. t. 263. F. D. 844. RN. irr. pent. t. 37.

Caulis scabriusculus, subdichotomus,  $\frac{1}{2}$  — 1'. Umbellæ radii 3 — 5, brevissimi. Fructus rostro ancipiti, 1 — 2 - unciali munitus.

In agris versus D. Margaretam, *Altschwylter*. Ante portam D. Johannis. *Auf den Galgenfeldern*. Circa Sissacum. Copiose in agris prope *Trimbach*. Majo - Jul. ☉.

CHAEROPHYLLUM. *Fructus* oblongo-linearis, teres, ecostatus, glaber, apice stylo coronatus, commissura sulcata.

(Summus Sprengelius plerasque *Cherophylli* species *Myrrhidi* amandat, quæ tamen ob fructus læves ecostatos, priori generi potiori jure annumerari merentur. Cf. Wallrothii ann. bot. p. 47.)

1) *sativum*; caule æquali, foliolis ovatis incisissimis, pilosiusculis, umbellis sessilibus, fructibus lævissimis, M. a B. H. 747. *Chæroph. sativum. C. B. P. 152.* \* *Cherophyllum Columellæ. Hb. Scandix Cerefolium L. Jacq. a. t. 390. Schk. t. 73.*

Folia odorata, glabra, tenera. Involucellum foliolis 2—3 lineari-lanceolatis, ciliatis, reflexis. Semina subulata, glabra, nitida, nigra.

In pomariis et ruderatis tanquam spontaneum. Majo-Jul. ☉. ♂.

2) *sylvestre*; caule striato glabriusculo, geniculis incrassato, foliis triplicato-pinnatis, laciniis inciso-serratis, nitidis, subtus ad nervos pubescentibus, involucellis ovatis, ciliatis, demum deflexis. . . H. 748. \* *Myrrhis sylvestris (in herb.) seminibus lævibus. C. B. P. 160.* \* *Cicutaria latifolia fætida. Ej. Cat. 48.* \* *Cicut. fætida minus fætida. Hb.* \* *Myrrh. minor. Hb.* (sed cf. syn. ad *auream.*) *Myrrh. sylv. SPRENG. Jacq. a. t. 149. Schk. t. 73.*

Caulis erectus, 2—3', fistulosus, striatus, inferne et circa genicula pubescens. Petioli basi anembranacei, pubescentes. Flores albi vel rosei.



Fructus ex nigro-fusci, splendentes. Odor plantæ teter.

In pratis, fimetis, ad sepes. Apr. - Jul. 24.

3) *temulum*; caule maculato scabro, geniculis incrassato, foliis bipinnatis, hirsutis, foliolis ovato-oblongis, inciso-lobatis, fructibus striatis. . . H. 750. \* *Chærophyllum sylvestre*. C. B. P. 152. Cat. 45. Myrrh. temula SPRENGEL. Scandix temula ROTH. Jacq. a. t. 65. Petiv. t. 26.

Caulis 2—3', purpureo-maculatus, pilis setosis deflexis obsitus. Umbellæ radii inæquales. Flosculi albi, petalis subbifidis. Planta suspecta.

Ad sepes, parietes frequentissimum. Jun. - Aug. 24.

4) *hirsutum*; caule striato, pilis deflexis hirtis, foliis hirsutis, triplicato-pinnatis, foliolis lato-lanceolatis acutis, inciso-serratis, petalis ciliatis. . . H. 751. \* *Cicutaria palustris latifolia alba*. C. B. P. 161. et *rubra*. *Ibid.* Ch. palustre LAM. Scandix hirsuta ROTH. Jacq. a. t. 148.

Rad. longissima. Caules fistulosi, subdiaphani, hirti. Vaginæ amplæ, subcarnosæ. Folia supra pubescentia, subtus, præsertim ad nervos, hirsuta. Petala irregularia, obcordata, albido-rubella. Fructus stylis elongatis divaricatis coronata.

In nemore Wylensi semel Cl. F. Nees. In pagi superioris locis humidis. In pratis retro *Badenweiler*. Michel-feldæ. Cf. J. B. H. III. p. 182. Jun. - Aug. 24.

5) *Cicutaria*; foliis bipinnatis, foliolis cordato-oblongis incisissimis, petalis emarginatis, caule glabro. VILL. H. 751  $\beta$ . \* *Seseli montanum Cicutæ folio subhirsutum*. C. B. P. 161. Prodr. 85. Cat. 49. Myrrhis *Cicutaria* SPRENG. Ch. hirs.  $\beta$ . GM.

A priori differt: Caule subglabro, foliis glabriusculis, (i. e. sub lente subtus pubescentibus) foliolis latioribus et petalis fere regularibus, plerumque rubellis. (Marginēs petalorum, quos integros vult Cl. DEC. in Suppl., itidem ciliatos observavi.) Umbellæ radii 20—30. Involucrum partiale plerumque 7-phyllum, foliolis demum deflexis, margine pilosis. An vera species?

In M. *Wasserfall* C. B. Ibidem nuper vidi. In M. *Belchen*, *Dietisberg* etc. Jul. Aug. 24.

6) *aureum*; caule subæquali, basi hispido, foliis triplicato-pinnatis, foliolis lanceolatis inciso-serratis, costis nervisque subtus hirsutis. . . . H. 749. *Myrrhis minor*. C. B. P. 160. (Huc t. syn. Lob.) Myrrhis aurea SPRENG. Scandix aurea ROTH. Jacq. a. t. 64. Rupp. Jen. t. 5. Lob. ic. I. 734. f. 1.

Caulis angulatus, 2—4', inferne pube deflexa hispidus, striatus, medullosus, maculis sæpe purpureis adpersus. Folia pallide viridia, foliolis acuminatis, argute inciso-serratis. Umbellæ 12—15-radiatæ; radiis inæqualibus. Involucrum o. vel

1-phyllum. Involucella sub5-phylla, demum reflexa, ad marginem villosa. Petala inæqualia, obcordata, alba. Antheræ purpureæ. Semina oblonga, glabra, striata, lutescentia, stylis ad latera reflexis. Multi adsunt flores masculi, hermaphroditis mixti.

Per totum pagum in montosis ad sepes humidus frequens; v. gr. ad viam inter *Wallenburg* et *Langenbruck*. Circa *Diegten* et in ipso pago. Prope *Reigoltschweyl* etc. Jun. Jul. 24.

**SIUM.** *Fructus* lanceolato-linearis solidus, subcorticatus, angulatus, jugis 5 obtusis, valleculis convexiusculis. *Involucr. univ. polyphyllum.*

1) *latifolium*; foliis pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis, æqualiter argute serratis, caule clato profunde striato, umbella terminali. . . H. 777. *Sium latifolium*. *C. B. P.* 154. *Coriandr. latifol.* *ROTH.* Jacq. a. t. 66. F. D. 1513.

Caulis 2—4', angulatus, profunde sulcatus, una cum petiolis fistulosus, superne ramosus, ramis erectis. Foliola integra vel lobata, (rarius multifida) sessilia, paribus infimis remotis; in foliis inferioribus cordato-ovata. Umbellæ magnæ, multiradiatæ. Involucra oligophylla. Petala alba, subæqualia.

Circa *Landsäron*. Ad Rheni ripas. Prope *Münchenstein* ad *Birsam*. Jun. Jul. 4.

2) *angustifolium*; caule erecto ramoso striato, foliis pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis lobatis, inæqualiter argute serratis, umbellis axillaribus pedunculatis, involucrio universali pinnatifido. . . H. 778. \* *Sium seu Apium palustre foliis oblongis (serratis in Hb.)*. C. B. P. 154. Cat. 46. Jacq. a. t. 67. Riv. pent. irr. t. 79. Lob. ic. 208.

A præcedenti recedit: Rad. repente, caule basi radicante humiliore, minus profunde sulcato, ramis patentissimis, foliolis inæqualiter serratis, basi obliqua et umbellis axillaribus terminalibusque.

*Michelfeldæ*, *Hiltelingæ* etc. In rivulis, fossis et aquis stagnantibus passim frequens. Jul. Aug. 4.

3) *Falearia*; caule ramosissimo, foliis pinnatis, foliolis lineari-lanceolatis subfalcatis, (inferioribus 2 — 3 - fidis) rigidis, glaucis, cartilagineo-serratis, in petiolum latescentem decurrentibus. . . H. 782. \* *Eryngium arvense foliis serræ similibus*. C. B. P. 386. Cat. 104. Jacq. a. t. 257. Riv. t. 47.

Planta glabra. Caulis teres, firmus, 2—3'. Petioli alati. Umbellæ numerosæ. Involucra polyphylla, glifformia. Flores albi, remoti.

In agris retro pratum Scolopetariorum. Ante portam St. Johannis ad sepes. Inter segetes prope *Hegenheim*, *Buschweiler*. Prope *Olsberg*. Juxta vinearum sepes versus *Bruckfeld* prope *Münchenstein*. *Auf den Galgenfeldern*. Versus *Kalteherberg*. Jul. Aug. 24.

4) *Bulbocastanum*; radice tuberosa, foliis bipinnatis, foliolis linearibus, involuacro polyphyllo. . . . H. 783. † *Bulbocastanum majus folio Apiz.* C. B. P. 162. et minus. *Ibid.* Bunium *Bulbocastanum* L. F. D. 220. Lob. ic. I. 745. f. 1.

Rad. tuberosa, tubere subrotundo, nigricante, esculento, subdulci. Caulis  $\frac{1}{2}$  —  $1\frac{1}{2}$ ', ramosus, ramis erecti-patentibus, striatus, glaber. Involucri foliola 6 — 8, linearia. Umbellæ amplæ, multiradiatæ, radiis gracilibus.

Circa Delemontium. Cf. Hall. in Act. Helv. VI. p. 60. Jun. Jul. 24.

CARUM. *Fructus* lanceolato-linearis angulatus, corticatus, jugis 5 obtusis, valleculis convexiusculis. *Invol. univ.* 1-phyllum.

1) *Carvi*; vaginis ventricosus, foliis bipinnatis, foliolis multifidis, infimis decussatis, involucris subnullis. . . H. 789. \* *Cuminum pratense sive Carvi officinarum.* C. B. P. 153. Cat. 47. Seseli *Carvi* DEC. Ligust. *Carvi* ROTH. Bunium *Carvi* M. a B. Jacq. a. t. 393. F. D. 1091. Schk. t. 77.

Rad. fusiformis, aromatica. Caulis erectus, 1 — 1½'. Folia glabra, foliolis pinnatifidis, laciniis linearibus. Petala alba vel rubella. Fructus aromaticus.

In pratis montanis ubique. Jun. Jul. ♂.

MEUM. *Fructus lanceolatus, jugis quinque acutis, valleculis planiusculis. Involucr. univ. o.*

1) *athamanticum*; foliis omnibus multipartito-setaceis, vaginis petiolorum dilatatis ventricosis, involucreo universali monophyllo. AITON. H. 761. \* *Meum foliis Anethi. C. B. P. 148.* Aethusa Meum L. Ligust. Meum CRANZ. Jacq. a. t. 303. Clus. Hist. II. 198. ic.

Rad. longa, aromatica, fibris multis capillaribus circumtexta. Caulis ½ — 1', glaber. Foliola verticillatim fasciculata. Involucella dimidiata. Umbella multiradiata, convexa. Petala lutescentia.

In monte *Plauen* retro *Kandern*. In M. *Belchen* Bad. In pascuis circa *Litzel* vallis *Delsberg*. Julio. Aug. 24.

2) *mutellina*; caule subnudo, foliis glabris bipinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis sublanceolatis. . . H. 763. \* *Meum alpinum umbella purpurascente. C. B. P. 148.* Phellandrium Mutellina L. Ligustrum Mutellina DEC. Jacq. a. t. 56.

Rad. aromatica, multiceps. Caulis 4—9", glaber, subsimplex. Folia circumscriptione deltoidea. Invol. subnullum. Involucella sub5-phylla, foliolis linearibus umbellulam densam æquantibus. Petala odorata, rubella, antheris purpureis.

In pascuis summis M. *Belchen* Bad. Gmel. Julio Aug. 24.

3) *Fœniculum*; foliis supradecompositis, foliolis capillaribus numerosissimis deflexis, fructibus gibbis. . . H. 760. \**Fœn. vulgare germanicum*. C. B. P. 147. Anethium *Fœn.* L. Blackw. t. 288.

Planta odoris et saporis aromatici. Radix fusiformis, ramosus. Caulis 3—6', strictus, striatus, glaucus. Folia perampla, vaginantia, foliolis diffusis longissimis, setaceis, pendulis. Involucra o. Umbella lata, subconcava. Petala parva, lutea.

In vineis, cultis, ad pagorum sepes et casas rusticas passim quasi spontaneum. Jun. Jul. 24.

† † Fructus oblongo-ovati vel ovati.

α. Ecostati.

ODONTITES. *Fructus* ovatus, teretiusculus, subpubescens, ecostatus. *Invol.* polyphylla.

? 1) *tenuissima*; umbellis simplicibus alternis subtrifloris, involucris pentaphyllis subulatis

(flosculos æquantibus). SM. H. 774. \* *Bupleurum angustissimo folio*. C. B. P. 228. Bupl. tenuissimum L. B. junceum POLL. F. D. 1090. Column. Ecphr. p. 247. ic. 2. bon.

Caulis rigidus, ramosissimus, ramis erecto-patentibus, flexuosis. Folia linearia, acutissima. Umbellæ terminales compositæ, axillares paucifloræ. Flores exigui, pallide-lutei.

(Ryhinerus inter Birsam et der Hard, teste J Bauh, in H. III. p. 261. hæc proferente: *Inter Birsam et sylvam, qua Augustam itur, crescere audio, mihi dita a Ryhnero. Vocatur ei: Auricula leporis minima. Bauhini verba satis vaga videntur; nec aliis obvia fuit. Aegre igitur in Floram recipienda.*)

Aug. Sept. ☉.

β. Costati, solidi.

APIUM. *Fructus* ovatus, solidus, 5-costatus, jugis acutiusculis, commissura vallecullisque planiusculis. *Umbella* simplex. *Invol.* polyphylla.

1) *Petroselinum*; foliis lucidis, radicalibus bipinnatis foliolis cuneiformibus trifidis, caulinis ternatis foliolis linearibus, umbellis terminalibus... *Apium hortense Petroselinum vulgo*. C. B. P. 153. Blackw. t. 172. a,

Planta culinaria, Sardinia incola, ubique culta, in



runderata sæpius et fossas ante hortos evagari solet. Jun.  
Jul. ♂.

2) *graveolens*; foliis lucidis pinnatis, foliolis caulinis cuneiformibus trifidis, umbellis terminalibus axillaribusque subsessilibus foliosis. . . H. 734. \* *Apium palustre* (in hb.) s. *Ap. officinarum*. C. B. P. 154. Sium Apium ROTH. Seseli graveolens SCOP. F. D. 790. Schk. t. 73.

*β. dulce*; MILL. Dict. \* *A. hortense maximum* B. Hb. (Celleri.)

Rad. fusiformi-tuberosa, in *α.* suspecta, in *β.* esculenta.

Michelfeldæ. *β.* colitur. Jul. Aug. ♂.

PIMPINELLA. *Fructus* ovatus, solidus, 5-costatus, jugis acutiusculis, valleculis convexis, commissura contracta. *Umbella* composita. *Invol* o.

1) *magna*; foliis omnibus pinnatis, foliolis oblongis sublobatis, serratis, nitidis. SPRENGEL. H. 785. \* *P. saxifr. major umbella candida*, C. B. P. 159. Cat. 48. Jacq. a. t. 396. F. D. 1155.

*β.* \* *P. saxifr. maj. umbella rubente*, P. 159.

*γ. dissecta*; foliolis radic. inciso-pinnatifidis, superioribus bi-pinnatifidis, laciniis lanceolatis.

H. 787. *C. B. P. l. c. in nota.* *P. dissecta* RETZ Obs. 3. t. 2. *P. pratensis* THUILL. *P. tenuifol.* FL. ERL.

Caulis 2—3', ramosus. Folia glabra, foliolis lato-ovatis, integris vel bilobatis, raro trilobis, impari 2—3-lobo. Flosculi albi, in  $\beta$ . rubelli;  $\gamma$ . per gradus intermedios in  $\alpha$ . transit.

Ad sepes et in pratis succulentis, præsertim montanis, frequens. In ipsa urbe; v. gr. descendendo in vallem Div. Albani.  $\beta$ . in pascuis montanis; v. gr. prope Wallenburg, Meltingen.  $\gamma$ . rarius inter  $\alpha$ . Julio. 2.

2) *Saxifraga*; foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis, argute dentatis, caulinis bipinnatis, foliolis linearibus. . . H. 786. \* *P. saxifr. minor.* *C. B. P.* 160. *Cat.* 48. Schk. t. 78.

$\beta$ . *pubescens*; foliolis radic. cordato-ovatis. *P. nigra* W. *P. saxifraga* JACQ. t. 395. J. B. H. III. p. 111. f. 2. quoad ic.

$\gamma$ . *intermedia*; foliolorum radicalium aliis dentatis, aliis pinnatifidis.

$\delta$ . *dissecta*; foliolis infer. incisus vel pinnatifidis. *C. B. P. l. c. inter var.* et \* *P. saxifraga tenuifolia.* *Pr.* 84. (t. Hb. ad specim. parvius, foliis caulinis superior. tenuissime dissectis.) *P. genevensis* VILL. *P. Sax. v. alpestris* et *dissecta* SPRENG. Lob. ic. 719.

Radix aromatica fusiformi-cylindrica, atro-rubescens, succum albidum continens. Caulis

$\frac{1}{3}$  —  $1\frac{1}{2}$ ', superne dichotomus, ramis divaricatis. Foliola polymorpha. Flores regulares, exigui, albi. In  $\beta$ . caulis plerumque altior, folia (subtus præsertim) pubescentia, atro-viridia, suprema abortientia, tridentata. In  $\gamma$ . ex eadem radice foliola integra et pinnatifida simul emergunt.

In collibus pascuisque humidis et aridioribus, in arvis et ad muros frequens.  $\beta$ . in collibus saxosis apricis passim.  $\gamma$ . reperi *bei der Hülftenschanz*.  $\delta$ . locis aridioribus rarior; v. gr. prope *Istein*. Jun. - Aug. 24.

3) *dioica*; pumila, umbellis numerosissimis, compositis simplicibusque, rad. fusiformi, foliis multifidis linearibus. PERSOON. H. 788. \* *D. mont. multifido folio Selini semine*. C. B. P. 150. \* *Selinum mont. pumilum Clusii*. Hb. Seseli glaucum LAM. Pimpinella glauca POLL. THUILL. Seseli dioicum VILL. Trinia glaberr. HOFFM. Umb. Jacq. a. t. 28. sub *P. pumila*. Clus. H. II. p. 200. f. 1.

Planta dioica. Rad. multiceps. Caulis  $\frac{1}{2}$  — 1', purpurascens, a basi ramosissimus. Petioli vaginantes. Folia bipinnata, foliolis perangustis brevibus, simplicibus vel 2—3-fidis, glaucis (in planta masc.) vel lutescentibus. Umbellæ innumeræ, flosculis parvis, luteolis.

In pratis *Michelfelde* siccioribus ad Rhenum sitis. L a c h. 1772. Ad ripam Rheni dextram in collibus apricis prope *Efringen*, *Istein*, *Kembs*. (Nec vero in *M. Wasserfall*, uti

affirmat Haller us, C. B. syn. altero, ad *S. montanum* pertinente, usus.) Majo. Jun. ♂. 2.

**SISON.** *Fructus* ovatus solidus, dorso trico-  
stato, valleculis convexis, latiusculis, con-  
tractis, commissura excavata. *Invol.* oligo-  
phyllum vel o.

1) *Podagraria*; foliis inferioribus decomposi-  
tis, caulinis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis,  
inæqualiter serratis. . . H. 759. \* *Angelica syl-*  
*vestris minor s. erratica.* C. B. P. 155. Cat. 47.  
Aegopod. Podagr. L. Ligust. Podagr. ROTH.  
Schk. t. 79.

Rad. repens. Caulis 2—3", sulcatus. Folia radic.  
2—3-ternata. Vaginæ amplæ, ventricosæ, mar-  
gine membranaceæ. Umbellæ magnæ, longi-ra-  
diatæ. Petala alba, inæqualia.

In pomariis, ad sepes, in pratis umbrosis ubique.  
Majo - Jul. ♂. 2.

**SESELI.** *Fructus* ovato-lanceolatus, solidus,  
5-costatus, jugis obtusiusculis, valleculis  
subsulcatis. *Invol. univ. o. partiale* poly-  
phyllum.

1) *annuum*; caule striato subsimplici, colorato,  
vaginato, vaginis ventricosis, foliolis linearibus,  
margine scabriusculis, involucellis polyphyllis,

marginemembranaceis, umbellulas (sub) æquantibus. SPRENGEL. Hal. H. 762. *Seseli Massiliense Fœniculi folio, quod Dioscoridis censetur.* C.B.P. 161. Cat. 49. (Huc, ex fide b. LACH. in Act. H. VIII. p. 145. et in Ej. Obs. bot. §. 23; etiam secundum loca natalia in Cat. cit., licet divus HALL. in Act. H. VI. p. 56. et in Hist. n. 788. ad *Pimp. dioicam* trahat, quæ omnino Michelfeldæ nascitur, nec vero, uti stirps nostra, in M. Crenzach. HALLERI ætate idem syn. ad *P. dioicam* cum aliis Syn. positum fuit; forsitan fortuitu. Hodie ibidem desideratur. Multa cæterum circa hanc stirpem et affines apud Veteres versatur controversia. Cf. C. B. not. ad Pin. 1. c. et J. B. in H. III. 2. p. 16., ubi fratrem ob *Fœniculi ejus tortuosi* descriptionem alienam redarguere videtur.) Sium annuum ROTH. Sium bienne VILL. Seseli tortuosum POLL, (non L.) Ses. ann. et Selin. dimidiatum DEC. Vaill. t. 9. f. 4. Jacq. a. t. 55.

Caulis  $\frac{1}{2}$ —1', rigidus, striatus, glaber, flexuosus, unà cum petiolis violaceus. Folia glauca, rad. triplicato-pinnata, super. bipinnata, foliolis linearibus cuspidatis. Involucr. univ. o. Involucellorum foliola lanceolato-acuminata, marginibus albis, exterioribus umbellulas superantibus. Umbellæ rigidæ, multiradiatæ, convexæ, flosculis exiguis rubellis, antheris flavis. Fructus fusci. (Nomen specif. *annuum* improprium.)

Michelfeldæ et in M. *Crenzach* supra Cornu C. B., ubi adhuc obvium. Prope fanum St. Christianæ. Augusto. ♂.

2) *montanum*; caule subramoso, petiolis membranaceis arcte vaginantibus, foliolis linearibus, caulinis longioribus, fructu subpubescente. . . ? *Daucus montanus multifido brevique folio*. C. B. P. 150. (Ob syn. Clusii.) (HALL. ad *P. dioicam* trahit.) ? *Meum latifolium adulterinum*. P. 148. (Ob syn. Lob. p. 778. ic. 1.) Carvifolia VAILL. t. 5. f. 2.

*β. multicaule*; S. *montanum* GM. S. mont. *γ*. DEC. Suppl. S. *multicaule* JACQ. H. V. II. t. 129.

Tota planta glaberrima. Caulis  $1\frac{1}{2}$  — 2', erectus, teres, striatus, medullosus, in *β*. valde ramosus, ramis subdichotomis. Folia infer. tripinnata, foliolis linearibus angustis, suprema subternata, foliolis augustioribus, longioribus. Involucrum o. Involucellum polyphyllum, setaceum. Umbellulæ densæ, subgloboasæ. Petala ovato-acuminata, apice inflexa, alba. Germinum apex post petalorum lapsum unâ cum stylis purpurascens. Fructus striati, glabriusculi, immaturi incano-pubescentes.

In M. *Wasserfall*. Circa *Brundrut* Lach. Cf. Höpfn. Magaz. IV. p. 31. (Mirum, quod in beati viri horto sicco, nec plantæ nec loci nat. ullum exstet vestigium!) Jun. Jul. 4.

OENANTHE. *Fructus* ovato-oblongus, corticatus, solidus, apice denticulatus, stylo

persistente coronatus, jugis tribus aut quinque obtusis. *Invol. univ.* subnullum.

1) *fistulosa*; stolonifera, foliis radical. bipinnatis, foliolis cuneatis, lobatis, caulinis pinnatis filiformibus fistulosis, involucre subnullo. . . H. 755. *Oen. aquatica*. C. B. P. 162. Cat. 49. Schk. t. 70. F. D. 846. Lob. ic. I. 738. fig. 1.

β. Radice bulbifera. H. 755 β. (sub finem.) C. B. Pin. l. c. inter var. *Oen. Tabernæmont.* GMEL. (excl. POLL. syn.) Lob. ic. cit. fig. 2.

Rad. longe stolonifera, in pratis siccioribus bulbifera. Caulis 1—2', infirmus, fistulosus, inflatus. Petioli longissimi, fistuloso-ventricosi. Umbellæ terminales, longe pedunculatæ. Umbellulæ paucæ, subrotundæ, densæ. Suspecta.

Michelfeldæ C. B. Recentiorum aciem fugit. Junio. 24.

2) *Lachenalii*; caule subsolido, foliis radicalibus bipinnatis, foliolis elongato-cuneiformibus, subtridentatis obtusis mucronulatis; caulinis super. pinnatis, foliolis linearibus acutis subfalcatis, involucre oligophyllo... ? *Oenanthe aquatica*, var. *capitulo minore non hispido*. C. B. P. l. cit. in nota. (Non alia enim apud nos provenit eaque in hb. HAGENB. sub hoc nomine asservatur. Ita LACH. Sed in Cat. Bauhinus de var. tacet.)

Oen. Michelfeldensis LACH. Oen. rhenana DEC.

Oen. Megapolitana W. *Berl. Magaz.*

α. Minor, palmaris, dodrantalis. Oen. pimpinelloides POLL. (excl. Syn. Cf. KOCH et ZIZ Cat. not. p. 18.)

β. Major, pedalis et ultra. Oen. Lachenalii GMEL.

Rad. cylindrica, fibrosa. Caulis leviter striatus, glaber, inferne solidus, cylindricus, purpurascens, superne angulatus, subcavus, (i. e. lumine parvo)  $\frac{1}{2}$ - $1\frac{1}{2}$ ', simplex vel (præsertim in horto) parum ramosus, ramis rigidiusculis, erecto-patentibus. Petioli membranacei quidem, sed nec dilatati, nec fistulosi. Folia radic. et caulina infima petiolata, bipinnata, (in pl. culta sæp. tripinnata) foliolis longe cuneatis, vel simplicibus vel apice 2—3-fidis, laciniis obtusis. Folia caulina super. pinnata, foliolis linearibus, 1—2'' longis, subfalcatis, extimo longiore. Involucrum inconstans, vel nullum vel e foliolis 4—7, subulato-setaceis. Umbella 7—15-radiata, radiis gracilibus, inæqualibus. Umbellulæ hemisphæricæ, densæ, flosculis brevissime et inæqualiter pedicellatis, involucellis polyphyllis, setaceis, subreflexis. Petala parva, inæqualia, bifida, inflexa, alba. Fructus striatus, fuscus, calyce styloque coronatus.

(Cl. GMELINI descriptio, cæterum optima, ad specimen majus, cultum, delineata esse videtur.)



Michelfeldæ Lachen.  $\alpha$ . in pascuis.  $\beta$ . in pratis humidis. (Nondum reperi.) Junio. 24.

(*Oen. Pimpinelloides* L. foliolis rad. subellipticis undique inæqualiter inciso-lobatis cauleque sulcato inprimis differt.)

3) *Phellandrium*; umbellulis oppositifoliis, foliis tripinnatis, foliolis ovali-oblongis incisissimis, mucronatis. WALLER. H. 757. \* *Cicutaria palustris tenuifolia*. C. B. P. 161. Cat. 49. Phellandr. aquat. L. Ligust. Phellandr. ROTH. Schk. t. 71. F.D. 1154.

$\beta$ . *Millefolium aquat. umbellatum Coriandri folio*. Pin. 141. (HALLERUS, qui stirpem Michelfeldæ observavit, pro varietate pronuntiat *foliis subtilissime divisissimis, 4-plicato pinnatis, totis capillaribus, incredibili numero et subtilitate pinnularum*. Sine dubio varietas in planta immersa oborta. Cf. Besseri Fl. Gallic. I. p. 216.)

Planta venenata. Caulis 2—4', crassus, fistulosus, divaricato-ramosus. Folia patentissima, vaginata, foliolis linearibus, obtusis, inciso-dentatis. Umbellæ densissimæ, erectæ, albæ. Involucella setacea, polyphylla. Semina graveolentia.

In aquosis Michelfeldæ, rarius Fridlingæ. Julio. Aug. ♂. 24(?).

CONIUM. *Fructus* ovatus solidus subcorticatus, jugis 5 obtusiusculis, immaturis

crenatis, valleculis planis. *Invol.* univ. et *part.* polyphylla.

1) *maculatum*; radice fusiformi, caule erecto, (ramosissimo) angulato, lævi, inferne maculato, foliis (triplicato-) pinnatis, pinnis inciso-dentatis, seminibus striatis, striis crenulatis. FL. ERLANG. H. 766. \**Cicuta major*. C. B. P. 160. Cat. 48. *Cicuta major* DEC. Coriandr. maculatum ROTH, Jacq. a. t. 156. Schk. t. 62. Blackw. t. 451 et 573.

Planta narcotica, odore nauseoso murino. Caulis 2—5', fistulosus, striatus, glaber, maculis purpureis adpersus. Folia saturate viridia, glabra, nitida, foliolis lanceolatis, decurrentibus, inciso-serratis. Umbellæ terminales subfastigiatae, multifloræ, radiis inæqualibus. Involucrum 3—7-phyllum, deflexum, foliolis sæpe connatis. Involucella dimidiata, 3—4-phylla. Petala alba, cordata, inflexa.

Michelfeldæ. Ad Birsam, Wiesam. In rudibus Hüningæ. Versus *Liestal* inter *Hohenrain* et *Hülften* ad fossas. Prope *Münchenstein*. Abunde ad viam et agrorum margines inter *Riehen* et *Lörrach*; prope *Rheinfelden* et in *M. Farnsburg* etc. Jun. - Sept. ♂.

BUPLEURUM. *Fructus* ovatus, solidus; dorso tricostato, jugis obtusiusculis, valleculis planis, latusculis bicostatis, rotundatis,

commissura excavata. *Invol.* oligophylla, subcoadunata, umbellam subæquantia.

1) *rotundifolium*; foliis perfoliatis, ovatis, mucronatis, involuero nullo, involucellis umbella majoribus. . . H. 767. \* *Perfoliata vulgatissima s. arvensis*. C. B. P. 277. et \* *Perf. montana*. Hb. (Sed ad B. longifol. refer.) Sturm. I. 5.

Caulis ramosus, 1 — 1½'. Folia glabra, integerrima, glaucescentia. Involucelli folia elliptica, mucronata, inæqualia. Flores flavi, subsessiles.

Inter segetes circa *Gempenstollen* copiosius. Versus D. Jacobum rarius. Prope *Hael* et *Wehr*. Jun. Jul. ☉.

2) *falcatum*; foliis radic. petiolatis vaginantibus, 5 - nerviis, oblongo-lanceolatis, caulinis lanceolato-linearibus semiamplexicaulibus, involucris oligophyllis, involucellis pentaphyllis, acuminatis, lanceolatis. WALLR. H. 776. \* *B. folio subrotundo s. vulgatissimum*. C. B. P. 278. quod est \* *B. angustifolium*. Cat. 811. B. Scorzonæræfolium W. En. Jacq. a. t. 158.

Caulis purpurascens, rigidiusculus, subflexuosus, ramosus, 1½—3'. Folia subfalcata, crassiuscula, undulata; radicalia latiora, obovata, in petiolum longum decurrentia. Flores exigui, flavi.

Abunde passim ad sepes, in dumetis, collibus apricis, locis asperis montanis. Etiam in urbe *hinter den Ringmauern* prope portam D. Albani. Julio - Sept.

(Auctores, præeunte magno Hallero, C. B. syn. in *Cat. basil.* obvium et ad *B. falcatum* evidentissime pertinens, (cf. etiam Syn. in Pin. allegata) infauste ad *B. junceum* L. referunt, terræ nostræ prorsus alienum.) Jul. Aug. 24.

**CNIDIUM.** *Fructus* ovatus, solidiusculus, jugis 5 acutis subalatis, valleculis obtusan-  
gulis. *Involucr. univ.* cadūcum aut o.

1) *Silaus*; foliis triplicato - pinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis lineari - lanceolatis, carinatis, mucronatis, decurrentibus, involucro subdiphylo . . . H. 797. *Seseli pratense*; *Silaus forte Plinio. C. B. P. 162. Cat. 49.* Peucedanum *Silaus* L. *Sium Silaus* ROTH. Jacq. a. t. 15. Dodon. p. 310. ic.

Planta glabra. Caulis 2—3', firmus, angulatus, striatus, inferne purpurascens, glaber, ramosus. Petioli membranacei vaginantes. Umbellæ multi-radiatæ, radiis exter. elongatis. Involucella polyphylla, subulata. Cor. exiguæ, sordide luteæ.

In pratis succulentis et bonæ notæ, præsertim montanis, satis frequens. Jun. - Aug. 24.

2) *alsaticum*; foliis triplicato-pinnatis, foliolis circumscriptione ovato - oblongis, pinnatifidis, laciniis lanceolatis, extremis trifidis, planis, obtusiusculis, mucronulatis, involucro polyphylo. . . H. 798. *Daucus alsaticus. C. B. Prodr. p. 77. c. ic.*

\* *D. mont. apii folio flore luteo* (*elaphobosci in Hb.*) P. 150. Prodr. p. 77. Cf. J. B. H. III. 2. p. 106. (In herb. syn. poster. ad *C. alsaticum* sane prostat, sed descriptio et ic. in Prodr. recedunt.) *Peucedanum alsaticum* L. Jacq. a. t. 70.

Caulis præaltus, 3 — 6', subflexuosus, angulatus, sulcatus, glaber, purpurascens, ramosissimus. Folia dilute viridia. Invol. angustifolia, non deflexa. Umbellæ numerosæ, parviusculæ, radiis inæqualibus. Flosculi luteoli. Fructus ovatus, ex fusco-nigricans. Odor aromaticus.

Circa Mühlhusiam et per totam Alsat. superiorem. Cl. Gmelinus circa Wyl obvium notat; sed vereor, ne error subsit. Jul. — Sept. 24.

(*Cnidium silaifol.* (Luserpit. silaifol. L.) quod in Suteri *Fl. Helv.* app. p. 307. a Schleichero Basilea inventum celebratur, civis videtur dubia, ab aliis hactenus frustra quæsita.)

LIGUSTICUM. *Fructus* oblongus, solidus, corticatus, jugis 5 acutis, valleculis sulcatis. *Invol. univ. et part.* polyphyllum.

1) *Cervaria*; caule erecto, foliis duplicatopinnatis, foliolis ovato-oblongis subtrilobis, inciso-angulatis, imis decussatis. . . H. 804. \* *Daucus montanus Apii folio major.* C. B. P. 150. Cat. 45. et \* *Pseudocostus Cortusi.* *Herb.* Athamanta

Cerv. L. Selinum Cerv. ROTH. DEC. Jacq. a. t. 69, Fuchs. 223. ic.

β. Minor. \* *D. pratensis* (in *Cat. palustris*) *Apii folio*. Pin. et Cat. l. c. Prodr. p. 77.

Planta glabra, aromatica. Rad. teres. Caulis erectus, teres, firmus, glaber, ramosus, 2—4'. Folia glauca, vaginantia, rigida, foliolis subtus pallidioribus, venoso-reticulatis, mucronato-serratis, sæpe lobatis. Umbella magna, 10-radiata. Involucra polyphylla, lineari-lanceolata, reflexa. Petala cordata, inflexa, alba, extus rubella. β. nonnisi habitu minori differt. Cf. Prodr. l. c.

In M. Muteto, *Crenzsch, Dillingen, Haltingen*. Ad arcem *Reichenstein*. In dumetis et asperis montosis per totum pagum. β. Michelfeldæ in pratis humidis C. B. Augusto. 24.

---

## T R I G Y N I A.

---

VIBURNUM. *Cal.* parvus, 5-partitus, superus. *Cor.* rotato-campanulata, 5-fida. *Bacca* 1-sperma.

1) *Lantana*; foliis (oppositis) ovalibus, basi cordatis, serratis, subtus venoso-rugosis, tomentosis. WAHLENB. Carp. H. 669. \* *Viburn. vulgo*.

*C. B. P.* 429. *Cat.* 107. *Jacq.* a. t. 341. *Nostr. Kandelwilde.*

Frutex vel arbusculus. Cymæ terminales. Flores albi. Fructus elliptici, compressi, primum virides, dein rubri, maturi nigri.

Ad sepes, in sylvis, copiose. Majo. Jun. †.

( 2) *Opulus*; foliis (subcordatis) trilobis acuminato-dentatis; petiolis glandulosis glabris. *W. H.* 668. \* *Sambucus aquatica flore simplici. C. B. P.* 456. *Cat.* 110. *Sturm.* I. 27. *Schk.* t. 81. *F. D.* 661. *Nostr. Schwelchen.*

*β. roseum*; *S. aq. cyma globosa flore pleno. P. l. c.* \* *S. rosea alba. Herb. Knorr. thes.* II. t. S. 6.

Frutex vel arbusculus. Cymæ terminales planæ, multifloræ, corollis niveis, exterioribus majoribus, radiantibus, planis, abortivis; interioribus minoribus campanulatis, flavescentibus, fertilibus. Baccæ succosæ, rubræ. In *β.* cymæ globosæ, densæ, floribus omnibus rotatis, planis, æqualibus, sterilibus.

In nemorosis et ad sepes. *β.* colitur, sed passim ad hortorum sepes observandum. Maj. Jun. †.

**SAMBUCUS.** *Cal.* parvus 5 - partitus. *Cor.*

rotata, 5-loba. *Bacca* 1-locularis, 3-sperma.

1) *Ebulus*; cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. L. H. 671. \* *S. humilis* s. *Ebulus*. C. B. P. 456. Cat. 110. F. D. 1156. Schk. t. 83.

β. \* *foliis laciniatis*. P. l. c. *S. humilis* MILL. Dict.

Rad. repens. Caulis herbaceus, 1½ — 4', superne ramosus. Folia impari-pinnata, foliolis 7 — 9, ovato-lanceolatis, serratis, basi sæpe glandulosis. Stipulæ cordato-ovatae, magnæ, serratae. Cor. albæ, extus rubellæ, antheris purpureis, demum nigris. *Baccæ* globosæ, nigræ. Odor plantæ ingratus.

Ad sylvarum margines et ad rivulos in montanis passim abundat. Julio. 24.

2) *nigra*; cymis 5-partitis, stipulis 2 utrinque setaceis, foliis pinnatis, foliolis ovatis serratis, caule arboreo. PERSOON. H. 670. *S. fructu in umbella nigro*. C. B. P. 456. Cat. 109. \* *S. vulgaris fructu nigro*. Hb. \* *S. montana*. l. c. F. D. 545. Blackw. t. 151.

β. \* *S. fructu albo*. l. c. inter var.

γ. *S. fructu in umb. viridi*. P. et Cat. l. c.

δ. \* *S. laciniato folio*. P. l. c. *P. laciniata* MILL. Dict. Lob. ic. 2. p. 164.



Frutex, arboris subinde magnitudinem attingens. Rami medulla alba farcti. Cymæ magnæ. Flores suaveolentes, albidii, antheris flavis. Baccæ pendulæ, rubræ, demum nigræ, in  $\beta$ . albidæ, in  $\gamma$ . virides.

In dumetis, nemoribus, ad sepes.  $\gamma$ . in via a porta cinerea versus *Gundeldingen* ducente C. B.  $\delta$ . in hortis colitur. Majo. Jun.  $\ddagger$ .

3) *racemosa*; panicula ovata, foliolis oblongis acuminatis, basi subæqualibus, petiolis glabris, caule arborescente. W. En. H. 672. \* *S. racemosa rubra*. C. B. P. 456. Cat. 110. Jacq. ic. r. t. 59.

Frutex altus. Folia plerumque quinato-pinnata, Stipulæ obtusæ, crassæ. Racemi terminales densi, ovati. Cor. pallide ex luteo-virides, laciniis reflexis. Baccæ subrotundæ, coccineæ.

In sylvis montanis passim frequens. In M. *Crenzach*, Muteto. Prope *Mariastein*, *Landskron*, *Olsberg*. Circa *Grutls im langen Holz*. In valle *Laufen* J. Hagenb. Majo.  $\ddagger$ .

STAPHYLEA. Cal. 5-partitus. Nectarium in fundo floris urceolatum. Petala 5. Caps. inflatæ, basi connatæ. Nuces 2 osseæ cum cicatrice.

1) *pinnata*; foliis (impari-) pinnatis. L. H. 831. *Pistacia sylvestris*. C. B. P. 401. Cat. 105. \* *Nux*

*vesicaria* (s. *Pistacia sylvestris*, Hb.) *Staphylo-*  
*lodendron pinnatum* Scop. Knorr. Thes. II. t. S. 1.  
Schk. t. 84. Nostr. *Pimperniüssli*.

Frutex vel arbusculus, 4—10'. Foliola 5—7, ovata,  
acuta, serrulata. Flores racemosi, penduli, laxi.  
*Cor.* albidæ, campanulatæ, apicibus rubellæ,  
inodora. Styli 2—3. Caps. totidem membrana-  
cæ, inflatæ, flaccidæ.

Extra patibulum. In M. Muteto. In dumetis ad dex-  
tram viæ versus Mutetum ducentis. In der Hard. Inter  
*Zunzken* et *Tenniken*. Prope *Wallenburg*, inter *Augustam* et  
*Rhenofeldam* etc. Majo, Junio. †.

TAMARIX. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Stam.*  
5—10, libera vel 1-delpha. *Caps.* 1-locular-  
is, 3-valvis. *Sem.* papposa.

1) *germanica*; flor. decandris, spicis (race-  
mosis) terminalibus, foliis sessilibus lineari-  
lanceolatis. W. H. 948. \* *Tam. fruticosa folio*  
*crassiore* s. *germanica*. C. B. P. 485. *Cat.* 113. et  
*Tam. anglica*. *Herb.* F. D. t. 234, Mill. ic. t. 258.  
f. 2. (bene.) Schk. t. 85. (male.)

Frutex 3—9', erectus, ramis longis virgatis.  
Folia minuta, cinereo-glauca, truncum ramosque  
undique ambientia. Flores pallide rosei, staminibus  
basi coalitis.

Ad *Birsam* inter salices copiose. Ad *Wiesam*, *Rhenum*.  
Jun. Jul. †.

**CORRIGIOLA.** *Cal.* 5 - phyllus. *Petala* 5. *Nux* parva subrotunda, trigona, 1-sperma.

1) *littoralis*; floribus pedunculatis, calycibus margine membranaceis (caule prostrato). W.H. 842. \* *Polygonum littoreum minus flosculis spadicis albicantibus.* C. B. P. 281. *Prodr.* p. 131. *Cat.* 83. F. D. 334. Schk. t. 85. Lind. Als. t. 2.

β. Caule fasciato. \* *P. minimum s. Millegrana minima.* Hb. (Sed cf. *Lin. Radiolam.*)

Humifusa. Caules radiantes, numerosi, debiles, 5—9". Folia alterna, obovali-lanceolata, glauca, crassiuscula. Flores racemoso-fasciculati, exigui, albid.

Ad Wiesam in arenosis satis frequens. Prope *Nendorf* in agris ad ripam Rheni. Julio. ☉.

**ALSINE.** *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5 æqualia. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis, polysperma.

1) *media*; caule (prostrato) latere altero piloso, petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. *PERSOON.* H. 880. *Als. media.* C. B. P. 250. *Cat.* 73. (In hb. fuit ad *Aren. trinerv.* sed t. syn. huc pertinet.) \* *Arenaria minor multicaulis.* (Ad specim. parvum). *Stellaria media* *SM.* *Sturm.* I. 1. *Lob. ic.* p. 460. ic. 2.

Pedunculi solitarii, 1-flori, floribus parvis, corolla alba calycem pilosum æquante.

(Staminum numerus varians, a 3—8. In Italia et Anglia ut plurimum staminibus 10 occurrit, quo fit, ut alii *Stellariis* annumerent.)

In ruderatis, incultis, hortis, ad sepes, vias vulgarissima. Floret fere semper. ☉.

2) *segetalis*; foliis subulatis, (sub) secundis, petalis calyce brevioribus, pedunculis defloratis subpendulis. DEC. *Arenaria segetalis* DEC. *Spergula seget.* VILL. Vaill. t. 3. f. 3.

*Arenaria tenuifoliae* simillima, sed differt: Stipulis membranaceis vaginantibus, diaphanis, laciniatis, pedunculis longioribus; gracilioribus, demum refractis et staminibus haud ultra 5; nec ut illa rubescit.

Inter segetes *auf dem Bruderholz* Cl. F. Nees. Reperi in agris circa *Mutenz*. Majo. Jun. ☉.

---

## T E T R A G Y N I A.

---

PARNASSIA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Nectaria* 5 cordata, ciliata, apicibus globosis. *Caps.* 4 - valvis.

1) *palustris*; caule simplici unifolio, unifloro.

GMEL. H. 832. \* *Gramen Parnassi albo simplicis flore.* C. B. P. 309. Cat. 88. Sturm. I. 3.

Caulis  $1\frac{1}{2}$ ' , erectus, tortus. Folia nervosa, radicalia plura in orbem expansa , longe petiolata, folium caulinum 1, amplexicaule. Petala cordata, concava, alba, venis viridibus pellucidis striata. Nectaria breviora, subcarnosa, apice multiradiata, radiis setosis glandulas luteo-virides gerentibus.

In collibus humidis gramineis; v. gr. In M. Crenzach. Prope Brüglingen. Supra Hasingen. Circa Gmüldingen, Altschmeyer, Neuwylter, Arlesheim, Olsberg etc. In pago superiori. Julio. Aug. 24.

---

## P E N T A G Y N I A .

---

LINUM. Cal. 5-phyllus. Petala 5, flaccida. Caps. 5-valvis, 10-ocularis. Sem. solitaria. Filam. basi connata.

\* Foliis alternis.

1) *usitatissimum*; foliolis calycinis ovatis acutis trinerviis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario. SM. H. 836. *L. arvense.* C. B. P. 214. Cat. 62, Sturm. I. 26.

*β. L. sativum. P. l. c. Knorr. Th. II. L. 9.*

Caulis 1—2', erectus, gracilis, superne paniculatus. Folia sparsa. Flores cœrulei, petalis obovatis, lineatis. Caps. acuminata.

Inter segetes, præsertim Avenam. *β.* nonnisi habitu majori differt. Jun. Jul. ☉.

2) *tenuifolium*; calycibus acuminatis, margine glandulosis, (spinuloso - ciliatis) foliis sparsis lineari - setaceis, retrorsum scabris. L. H. 838. † *L. sylvestre angustifolium floribus dilute purpurascens vel carneis. C. B. P. 214.*

*α.* Majus, foliis magis sparsis, floribus majoribus. \* *L. sylv. ang. fl. magno. P. l. c. et Lin. s. ang. foliis rarioribus. l. c. Jacq. a. t. 215.*

*β.* Minus, foliis magis confertis. \* *L. s. ang. flore minore. C. B. Cat. 62. et densioribus foliis. P. l. c.*

Caulis gracilis, glaber, in *α.* pedalis et altior, in *β.* digitalis, palmaris, superne ramosus. Folia numerosa, angustissima, ciliato-denticulata. Flores paniculati, pallide purpurascens vel dilute carnei vel albidus, striati.

In collibus siccis, arenosis et lapidosis. Copiose in colle herbido prope D. Margaretam Versus *Altschwylter*; *Mutenz.* In *M. renzsch*; prope *Lörrach.* Etiam ad Rhenum, *Wiesam*, *Birsam*, *Birsecum* in glareosis. In *M. Sonnenberg.* *β.* iisdem in locis sed aridioribus apricis. Jun. Jul. ♃.

\* \* Foliis oppositis.

3) *catharticum*; foliis oppositis, (ob) ovato-lanceolatis, caule superne-dichotomo, corollis acutis. L. H. 839. \* *L. pratense flosculis exiguis*. C. B. P. 214. Cat. 62. Schk. t. 87. F. D. 781.

Caules debiles, filiformes, erecti, foliosi, 3—8<sup>4</sup>. Flores parvi, pedunculati, albi, ante expansionem nutantes.

Var. flor. 3-andris 3-gynis.

In pratis, pascuis, praesertim humidis, frequens. Jun. Jul. ☉.

DROSERA. Cal. 5-fidus. Petala 5. Caps. 1-ocularis, apice 3—5-valvis, polysperma.

1) *rotundifolia*; scapo radicato, foliis orbiculatis. W. H. 834. \* *Ros solis folio rotundo*. C. B. P. 357. F. D. 1028. Schk. t. 87.

Scapus digit. palmaris, erectus. Folia in orbem disposita, orbiculato-spathulata, subtus purpureo-glauca, supra et margine pilis rubris obsessa, glandulas succum glutinosum secernentes gerentibus. Flores albidi, secundi.

Theod. Zwingerus in udis circa Otterbach trans Wiesam t. Lachen. In palustribus umbrosis circa stagnum de Bonol prope Delemontium. In insula turfosa auf dem Nonmatweiber. Majo-Julio. ☉.

2) *anglicá*; scapis erectis, foliis obverse lanceolatis, stigmatibus clavatis. RÖM. H. 833? \* *Ros solis foliis oblongis*. C. B. P. l. c. (t. specim. ex Anglia.) D. longifolia HAYNE. t. WILLD. prodr. Ber. Bull. t. 181. LAM. Enc. t. 200. inf. f. 2.

Folia in petiolum longum attenuata, supra, ut prior, glanduloso-pilosa.

In paludosis de Bellevue prope Courroux ad sinistram Delemontii Friche-Joset. (t. specim.) Majo-Jul. ☉.

(*D. longifolia* L. scapo adscendente foliisque magis ovalibus differt.)

CRASSULA. Cal. 5—7-fidus, petala 5—7. Squamae ovatae ad basin germinis Caps 5-7.

1) *rubens*; foliis alternis fusiformibus subdepressis, glabris, ramis villosis, floribus unilateralibus sessilibus. DEC. H. 960. \* *Sedum arvense flore rubente*. C. B. P. 283. Prodr. p. 132. Cat. 83. *Sedum rubens* L. Spec. LACHEN. in Act. H. VII. p. 331. tab. 11. Scheuchz It. 1. p. 48. (excl. B. syn.) t. 6. f. 3. 4.

Facies *Sedi*. Cauliculus 2—4", adscendens, obscure tetragonus, pube obductus, rubescens, superne 2—5-fidus, ramis divergentibus subrecurvis. Folia sparsa, alterna, obtusa, subteretia, carnosae, ex rubro-glaucæ. Flores axillares, sessiles, sæpius secundi. Calyx brevis, laciniis ovato-acutis. Petala 5, alba,



calyce subtriplo longiora, lanceolata, mucrone longo acuminata, carinata, dorso linea purpurea distincta. Antheræ rubræ. Caps. 5 stellatæ, rubellæ, papillosæ. Ramos et petala extus pili glanduliferi occupant.

Juxta *der Hard*; circa Hüningam in agris C. B. In agris inter urbem et *Rieben* Jac. Hagenb. Inter segetes *auf dem Birsfeld*. Circa Gundeldingen. *Auf dem Eruderiholz*. In agris *auf der Rütshard*. Jul. Aug. ☉.

---

## P O L Y G Y N I A.

---

MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus, deciduus, basi porrectus. *Petala* 5, unguibus tubulosis filiformibus. *Sem.* numerosa, nuda.

1) *minimus*; foliis integerrimis linearibus. PERSOON. H. 1159. \* *Holosteo affinis cauda muris*. C. B. P. 190. Sturm. I. 11. Schk. t. 88. Gärtner. fruct. t. 74. f. 5.

Scapi plures, 1 — 3", erecti, simplices. Folia radical. numerosa, carnosa, in orbem digesta. Flos terminalis, parvus. Cor. pallide flava, decidua. *Recept.* post florescentiam elongatum,

caudæ muris simile, seminibus numerosis undique tectum.

J. Rud. Zwinggerus olim in graminoso loco legit retro telonium Wiesæ, ubi tamen dehinc frustra quæsitæ est. Aprili - Junio. ☉.

---

# HEXANDRIA.

---

## MONOGYNIA.

---

**GALANTHUS.** *Spatha* 1-valvis. Petala 3, concava, supera. *Nectarium* ex petalis 3 parvis, emarginatis. *Stigma* simplex.

1) *nivalis*; H. 1254. \* *Leucojum bulbosum trifolium minus*. C. B. P. 56. Jacq. a. t. 330. Sturm. I. 2.

Rad. bulbosa. Scapus 1-florus, compressus. Flos albus, nutans, nectariis emarginatis, apice et intus virentibus.

• Circa arcem *Vorburg* prope *Delemontium*. (Prope *Lenzburg* copiose.) A fine Januarii in Aprilem usque. 4

**LEUCOJUM.** *Spatha* 1-valvis. *Cor.* 6-partita, campaniformis, petalis apice incrassatis. *Stigma* simplex.

1) *vernum*; spatha 1-flora, stylo clavato. L. H. 1253. \* *L. bulbosum vulgare*. C. B. P. 56. Cat. 20. Jacq. a. t. 312. Sturm. I. 11.

Scapus palmaris, anceps, 1—2-florus. Flos nutans, anectarius. Petala alba, apice lutea et viridescencia.

In M. Muteto C. B. In umbrosis citra *Crenzach*. In prato humido non longe ab arce *Birsek*. Prope *Liestal*, *Arisdorf*, *Röteln*, *Steinsu* et *im Weiserfeld*. Febr.—Apr. 24.

**NARCISSUS.** *Spatha* 1-valvis. *Petala* 6, æqualia. *Nect.* corona 1-phylla, infundibuliformis. *Stam.* intra nectarium.

1) *poeticus*; spatha 1-flora, corona rotata brevissima, scariosa crenulata, foliis ensiformibus margine inflexis. . . H. 1250. † *Narcissus albus circulo purpureo*. C. B. P. 48. Knorr. Thes. I. t. N. 4.

Scapus anceps, 1'. Flos speciosus, niveus, odoratus, nectario flavo, margine rubro.

In pratis patibulum inter et *dem St. Albanteich*. Porro in pratis retro mediam villam *Gundeldingen* Lach. Prope *Badenweiler* et *Hausen* Gmel. Apr. Majo.

2) *Pseudo-Narcissus*; spatha 1-flora, nectario campanulato erecto crispo, æquante petala ovata. L. H. 1252. \* *N. sylvestris pallidus calyce luteo*. C. B. P. 52. Bulliard t. 389.

Petala et nectaria lutea, rarius semiplena.

Prope *Liestal*. *Im Wachtelgraben* inter *Mönchenstein* et

*Arlenheim* frequens, incolis *Wachteln* audiens, unde nomen loci natalis. In quibusdam pomariis suburbii novi. Aprili. Majo. 24.

ALLIUM. *Cor.* 6-partita patens. *Spatha* 2-valvis multiflora. *Umbella* congesta. *Caps.* supera.

\* Folia caulina plana. Umbella capsulifera,

1) *Ampeloprasum*; caule planifolio umbellifero, umbella globosa, staminibus tricuspидatis, petalis dorso scabris. Sm. H. 1218. et de Allio N°. 5. \* *A. sphaerico capite folio latiore.* C. B. Cat. 21. s. *Scorodoprasum alterum.* Pin. 74. \* *Scorodoprasum sphaericum majus.* Hb. Michel. Gen. t. 24. f. 25.

Rad. bulbosa, lateralis, sobolifera. Caulis cubitalis. Folia  $\frac{1}{2}$ " lata et ultra, carinata, margine scabra. Capitulum globosum, densum, floribus campanulatis albidis in pedunculis purpureis.

In agris Wylensibus, circa Wiesam et in vineis Crenzacensibus. Prope *Neudorf* in dumetis juxta officinas lateritias Lach. Jun. Jul. 24.

2) *Porrum*; caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspидatis, radice (bulbo) tunicata (o) (foliis basi vaginantibus). L. H. 1217. et de All. N°. 6. *Porrum commune capitatum.* C. B. P. 72. Cat. 20. Blackw. t. 421. Lob. ic. t. 154. f. 2.

$\beta$ . + *Porrum sectivum* (non *sativum*) *latifolium*. P. l. c. ubi videas differentiam inter  $\alpha$ . et  $\beta$ .

Differt a priori : Bulbo tunicato , caule altiore, foliis latioribus, capitulo majori et corollis pallide purpurascensibus.

Passim in vineis Wylensibus C. B. In vineis ad Rhenum sitis J. Hagenb. (Hæc et prior stirpes non vere indigenæ videntur, sed potius hortorum exules.) Jun. Jul. 24. ♂.

3? *rotundum*; caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspidatis, umbella subglobosa, floribus lateralibus nutantibus. L. H. 1219. et de Allio N°. 7. *A. montanum capite rotundo*. C. B. P. 75. *A. mont. flore purpureo*. *Phytop.* p. 105.

Rad. alba, ex bulbis numerosis spadiceis minoribus composita. Caulis  $1\frac{1}{2}$  — 3'. Spatha brevis. Flores umbellæ laxè pedunculati, purpurei. Stam. de more alterne tridentata.

? In saxosis ad ripam Rheini et in vineis prope Wyl C. B.

(Beatus Lachen. nunquam legit in agro basil. sed circa Belfort et Montibelgardum, ubi jam indicaverat J. B. Idem (Lachen.) suspicatur, C. Bauhinum de *A. sphaerocephalo* passim vulgari dixisse.) Jun. Jul. 24.

\* \* Folia caulina plana. Umbella bulbifera.

4) *sativum*; caule planifolio, bulbifero, bulbo composito, staminibus tricuspidatis. L. Hall. de

All. N°. 1. *All. sativum*. C. B. P. 73. Lob. ic. t. 158. f. 1.

Capitulum gracile, floribus albido - purpurascentibus et bulbulis atro - rubris.

Colitur quidem, sub idiom. *Kneblauc'*, sed passim occurrit in hortorum rejectaneis, quasi spontaneum. Junio. Julio. 24.

5) *arenarium*; caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus, spatha mutica, staminibus tricuspидatis, petalis carina scabriusculis. Sm. H. 1222. et de All. N°. 3. *A. montanum bicornis latifolium flore dilute purpurascente*. C. B. P. 74. A. Scorodoprasum POLLICH. F. D. 290. Rupp. Jen. t. 2. f. 2.

Bulbus ovatus, fuscus, soboliferus. Caulis 3—4', ante anthesin nutans. Folia longe vaginantia, linearia, lata, plana, margine ciliata. Spatha brevis 1-phylla, 2-cornis, cornu altero longiore. Umbella globosa, satis exigua, pedunculis incurvatis, bulbulis atro-sanguineis intermixtis. Petala violacea, lanceolata, acuta, carina scabriuscula.

R. Stæhelinus ad sepes prope *Riehen*. Ad sepes juxta campos versus D. Jacobum ultra patibulum. In M. Muteti latere septentrionali. Circa *Crenzach*. In vineis extra portam *Riehanam*. Jun. Jul. 24.

6) *carinatum*; caule planifolio bulbifero;

umbellæ pedunculis capillaceis nutantibus, staminibus subulatis, spathis subsoliaceis longis. WAHLENB. H. 1224. et de Allio t. 2. f. 2. Lob. ic. I. 156. f. 1.

α. Floribus ochroleucis. Hall. de All. N°. 24. All. carinatum SM.

β. Floribus purpureis. \* *A. mont. bicornis angustifolium flore purpurascens*. C. B. P. 74. Cat. 21.

Bulbus albidus, simplex. Caulis elongatus teres. Folia succulenta, angusta, inferne canaliculata. Spatha 2-phylla, striata, angusta, cornu altero longissimo. Flores pauci, ochroleuci vel purpurei, petalis obtusis, pedunculis concoloribus longis gracilibus nutantibus innixi multisque bulbulis acuminatis interstincti.

α. in vineis circa Mutenz, Crenzach et Wyl. β. ibidem, Michelfeldæ et prope Cliben, Neuhaus, Gundeldingen, Mönchenstein, Arlesheim ad sepes vel in agris, Jun. Jul. 24.

\*\*\* Folia caulina teretia. Umbella capsulifera.

1) *Sphærocephalon*; foliis semiteretibus, staminibus tricuspidatis corolla longioribus. L. H. 1220. et de All. N°. 9. \* *A. sylvestre tenuifolium capitatum purpurascens majus*. C. B. Hb. Michel. nov. gen. pl. t. 24. f. 2. Clus. H. I. p. 195. f. 1. (bene.)



Bulbus sæpius duplex, raro bulbuli plures radicis fibrillis adhærentes. Caulis 1—2'. Folia semiteretia, concava, mox emarcida. Umbella subglobosa, capsulis pyramidatis. Flores pedunculati, amœne purpurei, staminibus exsertis longissimis.

In agris *auf dem Birsfeld*. Versus Hünningam. Ad pontem Wiesæ prope *Neubaus*. Retro *St. Jacob* prope *dem Siebenhaus* et versus *der neuen Welt*. In locis asperis circa *Wyl* et *Haltingen*. Extra portam Johanneam. In collibus prope *Istein* et *Efringen*. Jun. Jul. 24.

\*\*\* Folia caulina teretia. Umbella bulbifera.

8) *vineale*; radice multiplici, foliis fistulosis, capite sphærico bulbifero, staminibus alterne trifidis. . . H. 1221. et de All. N<sup>o</sup>. 4. *A. sylvestre campestre purpurascens*. C. B. P. 74. quod *A. sylv. latifol. camp. purpurascens*. Cat. 21. *majus et minus*. Ibid. *A. campestre juncifol. capit. purp. majus*. P. 74. et *A. s. cap. purpur. minus*. Ibid. Lob. ic. t. 156. f. 2.

β. \* *Porrium sylv. gemino capite*. P. l. c.

Radix ex multis bulbulis composita. Caulis 1½ — 2½'. Folia fistulosa, scabriuscula. Spatha 1-phylla, longa, gracilis, decidua. Umbella globosa, parva, raro duplex, bulbulos gerens multos parvos, sæpe germinantes, ut illa appareat crinita. Flores exigui, pauci, albedo-violacei s.

carnei, pedunculis brevibus sustentati. Stam. exserta, alternatim tricuspidata. Fœtor acris.

In vineis versus Mutenz, Crenzach. Auf dem Birsfeld et der Rütihard in agris copiose. Circa Gundeldingen. In agris lapidosis versus Kleinrieden, Kleinbüdingen etc. Jun. Jul. 24.

9) *oleraceum*; foliis scabris semiteretibus, subtus sulcatis, staminibus simplicibus. L. H. 1223. et de All. N<sup>o</sup>. 23. *All. montanum bicornè flore exalbido*. C. B. P. 75. \* *A. sylv. bicornè flore obsoleto* P. 74. *A. carinatum* POLLICH. *A. parvifolium* THUILL. *All. virens* LAM. Hall. All. t. 1. f. 2. Sturm, I. 34. F. D. 1456.

Bulbus simplex. Caulis teres, 2 — 3'. Folia fistulosa, subtus canaliculata. Spatha diphylla prælonga, altero folio ventricoso in mucronem longissimum attenuato. Umbella subrotunda, pauciflora, sæpe tóta capsulifera. Flores ex albido, virides linea purpurascente., Caps. prismaticæ.

Var. spatha 3—4-phylla. Cf. HALL. de All. p. 564

Michelfeldæ in dumetis-collis, qui longe prata separat. Hall. In vineis prope Wyl et Crenzach. Muteti in virgultis et inter vineas. In M. Dietisberg. In ipsa urbe in valle petrino. Jun. Jul. 24.

\*\*\*\*\* Folia radicalia. Scapus nudus.

10) *senescens* β. scapo nudo ancipiti, foliis

linearibus scapo sublatis, subtus convexis, umbella fastigiata, staminibus subulatis corolla longioribus, bulbis caudice repente connexis. WAHLENB. Carp. H. 1227.  $\alpha$ . et  $\beta$ . et de All. N<sup>o</sup>. 16. I. \**All. sphaerico capite folio angustiore* C. B. P. 74. (non autem Cat. 21, uti habet HALL.) II. \**A. montanum radice oblonga*. P. 75. Prodr. p. 27. III. \**A. mont. foliis Narcissi minus*. P. 75. A. senescens W. A. angulosum  $\beta$ . GMEL. A. angulosum Jacq. a. t. 423. ad var.  $\alpha$ . J. B. H. II, p. 564. f. 2. (*All. petræum* etc.)

Bulbi radice horizontali senescenti annexi. Scapus palmaris, spithamæus, superne valde compressus, striatus. Folia angusta, triquetra, canaliculata. Spatha brevis 1-phylla, subbifida. Umbella laxa multiflora, pedunculis erectis. Petala dilute purpurascens; odor alliaceus.

In collibus prope *Istein*. Jun. Jul 24.

(Plerique numeri, ex Monogr. de Allio in Hist. Stirp. citati, corrigendi sunt. Hinc apud plerosque auctores eisdem falsi reperiuntur.)

11) *ursinum*; scapo nudo triquetro, foliis (subbinis) ovato-lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata. L. H. 1228. et de All. N<sup>o</sup>. 18. \**A. sylvestre latifolium*. C. B. P. 74. Cat. 20. F. D. 757. Lob. ic. I. 159.

Scapus 1'. Umbella multiflora. Flores pedunculati, nivei, petalis lanceolatis; odor Allii virulentissimus.

In nemorosis humidiusculis frequens. Majo. Jun. 24.

12) *Schœnoprasum*  $\beta$ . *alpinum*; scapo subnudo adæquante folia teretiuscula subfiliformia. WAHL. Carp. H. 1226. II. et de All.-N<sup>o</sup>. 12. II. *Porrum sectirum juncifolium*. C. B. P. 72. cum  $\alpha$ . A. *Schœnoprasum*  $\beta$ . L. A. *sibiricum* W. A. *roseum* KROCK. SIL. t. 43. Scheuchz. It. I. t. 3. f. 2. F. D. 971.

Ab *A. Schœnopr. sativo* nonnisi statura humiliori differt.

Per totam Rheni ripam in saxosis et glareosis. Majo - Sept. 24.

LILIUM. Cor. 6 - petala campanulata, linea longitudinali tubulosa nectarifera. Caps. 3-valvis, valvulis pilo cancellato connexis.

1) *Martagon*; foliis ovato-lanceolatis, inferioribus verticillatis, superioribus alternis, floribus reflexis, corollis revolutis. . . H. 1233. \* *Lil. floribus reflexis montanum fl. rubente*. C. B. P. 77. Cat. 21. Jacq. a. t. 351.

$\beta$ . Majus, foliis subsenis verticillatis. Hall, l. c.  $\gamma$ .

Caulis  $1\frac{1}{2}$  —  $2\frac{1}{2}$ ', teres, punctatus. Folia glabra, inferiora quaterna, sena. Flores nutantes; in  $\alpha$ . pauci, 2 — 6, minores; in  $\beta$ . 8 — 14, majores, ex fusco purpurascens, nigro-punctati.

Varietas fl. albidis (v. *Pin. l. c.*) mihi nondum in conspectum venit.

In M. *Crenzach*; prope *Mutenz im Kaserhölzli*. Prope *Gruth et Schauenburg*. In M. *Christiana*. In M. supra *Haltlingen*. In dumetis M. *Schafmatt* supra *Olting n. Am Schlossberg* prope *Badenweiler*. Circa artem *Vorbürg*.  $\beta$ . in M. *Crenzach*. Jun. Jul. 24.

**TULIPA.** *Cor.* 6 - petala, campanulata.  
*Stylus* 0.

1) *sylvestris*; caule 1-floro glabro, flore nubi nutante, petalis inferioribus staminibusque basi pubescentibus, foliis lineari-lanceolatis. M. a *BIB. H.* 1236. \* *Tulipa lutea minor gallica*. *C. B.* *P.* 63. *Sturm.* I. 29.

Flos flavus, extus virescens, odoratus.

Ante portam D. *Albani* in colle *der Gellert* dicto copiose. In vineis M. *Muteti*; quoque circa *Münchenstein* et *Wyl*. Majo. 24.

**ORNITHOGALUM.** *Cor.* 6 - petala erecta, persistens, supra medium patens. *Filam.* alterna basi dilatata. *Caps.* 3 - locularis, 3 - gona.

1) *luteum* ; bulbo subaggregato , folio radicali solitario , bracteis imis 2 oppositis , pedunculis simplicibus subumbellatis , petalis obtusis glabris. . . H. 1213. *O. luteum*. C. B. P. 71. Cat. 20. (Conjunctim cum *villosa*, quod pro illius var. decrepita habuisse videtur BAUHINUS. Cf. not. in Pin. l. c. et Tabern. not. p. 1020. et ic. (malas) ibid. et p. 1021.)

*α*. Minus, bulbo aggregato. \* *O. luteum radice ex pluribus bulbillis composito*. C. B. Herb. *O. pratense* PERS. in *Ust. ann. XI. St. p. 8. t. 2. f. 1.*

*β*. Majus, bulbo simplici. *O. sylvaticum* PERS. l. c. *O. luteum β*. W. Spec. et PERS. Syn. *O. luteum* L? *O. Persoonii* Sturm. I. 27. PERS. l. c. t. 1. f. 1. *O. luteum* F. D. 114. J. B. H. II. 624. ic.

In *α* bulbo adjacent bulbuli plerumque 2. Scapus 4 — 8", subcompressus, angulatus. Folium radicale lineari-lanceolatum, umbellam superans, planum, apice duriusculum. Bracteæ 2, lanceolatae, margine pilosæ. Pedunculi inæquales. Petala lanceolata, pallide flava, margine albida, extus striis viridibus distincta. In *β*. habitus major, bulbus simplex, folium majus, latius, apice cartilagineo-fistulosum. Bracteæ primariæ sæpe plures. Propter solum magis umbrosum sive pinguius, quo provenit, nonnisi var. esse videtur

magis luxurians. Eadem etiam ex causa tardius floret.

Circa *Gundeldingen*; in agris juxta *der Hard*; circa divum Jacobum. In nemore *Wylensi* N e e s. In sylvula retro novam domum  $\alpha$  cum  $\beta$ .  $\alpha$ . Apr.  $\beta$ . Majo.

2) *villosum*; foliis radicalibus geminis, floralibus imis oppositis, pedunculis ramosis corymbosis petalisque hirsutis. M. a BIB. H. 1214. \* *O. luteum*. C.B. *Hb.* (Cf. syn. ad *sylvat.*) *O. minimum* W. (an L?) *O. arvense* PERSOON l. c. p. 8. t. 1. f. 2. Sturm. I. 12. Tab. 1021. ic. absque fol. rad.

$\beta$ . In bractearum axillis bulbiferum. H. 1214 3. *O. angustifolium bulbiferum*. Pin. l. c. Moris. II. S. 4. t. 13. f. 13.

$\gamma$ . Minimum, pauciflorum; *O. luteum minus*. P. 71? (An ob cit. Clus. p. 189. c. ic. et J. B. H. II. p. 624. c. eadem icone fol. radicale *unicum* exhibente, Bauh. syn. potius ad *O. Sternbergii* ref.? Videtur tamen J. B. Clusium secutum esse forsanique lapsu Xylographi folium solitarium delineatum fuit.) *O. luteum*  $\beta$ . ROTH?

Differt ab antecedentibus statura humiliori, foliis radicalibus binis multo angustioribus et pedunculis subreflexis una cum floribus minoribus pubescentibus.  $\gamma$ . habitu exiliore, humiliore, bulbo exiguo, foliis angustissimis, floribus 1—3 aberrat.

(At var. non confundenda cum *O. Sternbergii*, stirpe apud nos nondum animadversa, a qua foliis rad. geminis calycibusque pilosis distinguas. Intermedia videtur. Nam corolla vix versus apicem pubescit. An *O. pusillum* SCHMIDT? *O. bohemicum* W. proxime accedit.)

Priori frequentius. In segetibus prope *Mutenz* et *Prateln*. Cis pontem *Wierz*. In sylvula ad dextram novae domus *Miegius*. Circa *Cliben*. In agris versus *D. Margaretam* et *Gundeldingen*. Versus *Holé*. *Auf dem Bruderholz*. Circa patibulum.  $\beta$ . reperi in agro prope *Mutenz*.  $\gamma$ . inter *Lachen*. plantas occurrit. An ex solo nostro? Martio. Aprili. 2<sup>l</sup>.

3) *umbellatum*; racemo subcorymboso paucifloro, pedunculis fructiferis elongatis patentissimis, foliis linearibus glabris. M. a BIB. H. 1215. \* *O. majus umbellatum* (*album* in *Cat.*) *angustifolium*. C. B. P. 70. *Cat.* 20. \* *O. umb. medium angust. communiter O. album minus*. *Hb. Jacq.* a. t. 343. F. D. 1266. Schk. t. 94.

$\beta$ . *O. umb. alb. med. latif.* P. l. c.

Bulbus soboliferus. Scapus simplex,  $\frac{1}{2}$ —1'. Folia radicalia crassa, canaliculata, mucilaginosa. Pedunculi primum erecti, inferioribus longioribus, deinde declinati, elongati. Bractea sub quovis pedunculo alba, lata. Petala ante meridiem explicata, patentia, alterna majora, intus et



margine alba, dorso viridiuscula. (Bulbi edules sunt. Cf. Plin. L. XXI. c. 17.)

In pratis versus *der neuen Welt*. Trans pōntem Wiesæ. Versus *der Schorenbrücke*. In vineis Wylensibus. Circa *Benken, Bettiken, Liestal, Ormalingen, Olsberg* et *Augst*. In hortis passim sponte. *£.* prope *Bettiken* t. *Baslermerkiv.* p. 874. Vix diversum. Aprili - Junio. 4.

4) *pyrenaicum*; racemo elongato genitalibus æqualibus, petalis linearibus, foliis linearibus convoluto - canaliculatis. M. a BIB. H. 1210. \* *O. angustif. majus fl. ex albo-virescentibus.* C. B. P. 70. Jacq. a. t. 103.

Caulis elatus, 2' et ultra, strictus, simplex, glaberrimus. Folia angusta, longissima, procumbentia, cito fatiscentia. Flores ex albo-virescentes, parvi, floriferi patentes, margine subdiaphano.

Ad Birsam cis fluvium a D. Jacobo usque ad Dornacum. *Auf dem Birsfeld*. Ad pōntem Wiesæ. Juxta sylvam retro *Sistach*. In agris inter *Oltten* et *Aarau*. Jun. Jul. 4.

5) *nutans*; floribus secundis pendulis, nectario staminifero campaniformi. W. H. 1216. *O. exoticum magno flore minori innato.* C. B. P. 70. Jacq. a. t. 301. Clus. app. 2. t. 9.

Planta succulenta. Scapus 1 - 1½'. Folia flaccida, linearia, canaliculata, scapo breviora. Racemus longus. Flores bracteati, pedunculati,

speciosi, patentissimi, albi, dorso viridescentes  
stamina apice 3-dentata.

Planta exotica in pomariis et hortis passim quasi sponte  
proveniens; vix debilis. Majo. Jun. 2.

SCILLA. *Spatha* o. *Cor.* 6-petala, patens  
decidua. *Filam.* filiformia.

1) *bifolia*; foliis geminis lineari-lanceolatis,  
vaginantibus, floribus corymboso-racemosis sub-  
cbracteatis, bulbo solido... H. 1211. \* *Hyacin-*  
*thus stellaris bifolius germanicus.* C. B. P. 45.  
*Cat.* 9. Anthericum bifolium Scop. Jacq. a. t. 117.  
Röm. F. E. f. 5.

β. \* *H. stellaris albus.* P. et *Cat.* 1. c.

γ. *H. bifol. germ. fl. carneo.* P. 1. c.

δ. \* *H. stellaris trifolius.* P. 46. *Cat.* 19.

Scapus 4—8". Folia radicalia bina, raro terna,  
carinata, obtusa, striata. Flores aëne cœrulei,  
raro albi vel carnei, 3—10, petalis patentissimis,  
alternis angustioribus.

In sylvis prope novam domum C. Bauhini ætate et ho-  
dierna. In nemore Wylensi pratisque adjacentibus abunde.  
*In der Hard.* Ad sepem infra D. Margaretam. Prope  
*Crenzach*, parvam Hüningam, *Lörrach*. Copiose extra *Liestal*  
*beim alten Markt* in prato juxta viam. Prope Augustam  
frequens. Inter *Sissach* et *Diegten*. Passim in pago superiori;  
cf. *Baslermerkw.* p. 709. β. prope *Liestal* l. c. et circa *Olsberg*,  
γ. circa novam domum C. B. Mart. Apr. 2.

2) *antæna*; scapo angulato, pedunculis alternis flore subbrevioribus, bracteis obtusis brevissimis. W. Jacq. a. t. 218.

Scapi plures, palmares, erecti. Folia subquaterna, canaliculata, patentia. Racemus laxus, pauciflorus. Flores 2—3, distantes, brevissime pedunculati, nutantes, petalis cœruleis, basi linea gemina albida percussis.

Semel lecta fuit ad sepes prope *Olsberg*. Verosimiliter ex horto emigrata. Martio—Majo. 24.

ANTHERICUM. *Spatha* o. *Cor.* 6-petala patens. *Stylus* filiformis curvatus. *Caps.* ovata.

1) *ramosum*; foliis planis, scapo ramoso (paniculato) pistillo recto. L. H. 1208. \* *Phalangium parvo flore ramosum*. C. B. P. 29. Th. p. 557. ic. Cat. 19. *Phalangium ramosum* PERS. Jacq. a. t. 161. Schk. t. 95. F. D. 1157.

Rad. multifibrosa. Scapus 2—3'. Folia radicalia graminea, numerosa, mollia, vaginantia. Flores racemoso-paniculati, patentés, nivei, antheris flavis.

In M. *Crenzach*, *Dornach*. Supra *Schartenfluch*, auf dem *Pechberg*. In montibus elevatioribus per totum Juræ tractum frequens. *Michelfeldæ* C. B. Per totam æstatem. 24.

2) *Liliago*; foliis planis, scapo simplicissimo, pistillo declinato. L. H. 1207. 3. \* *Phalang. parvo*

*flore non ramosum. C. B. P. 29. Th. 555. c. ic. Cat. 18. Phalang. Liliago. PERS. Jacq. H. V. t. 83.*

*β. Humilius, foliis angustioribus strictioribus. P. et Theatr. l. c.*

A priori discrepat: Scapo demissiore, foliis firmioribus, racemo paucifloro, floribus duplo majoribus et stylo magis incurvato.

In M. *Crenzsch* et Muteto C. B. Prope *Oris* juxta *Liestal* Fr. *Zwingerus*. *Michelfeldæ*. In querceto inter *Burgfelden* et *dem neuen Weg*. In colle qui longe agros *Wylenses* a subjectis pratis et sylva separat *Lach. β. in M. Wasserfall* C. B. Jun. Jul. 4.

ASPARAGUS. *Cor.* 6-petala erecta, *petalis* 3 interioribus apice reflexis. *Bacca* 3-locularis, *loculis* 2 — 3 - spermis.

1) *officinalis*; caule herbaceo erecto, (paniculato) foliis setaceis fasciculatis, (floribus dioicis reflexis) stipulis paribus basi mucronatis. W. En. H. 1239. *A. sativa*. C. B. P. 489. Schk. t. 96.

*β. \* A. maritimus. Herb.* (Var. foliis crassioribus.) *A. maritimus* M. a B. Suppl.

*γ. \* A. sylvestris tenuissimo folio. P. 490. A. tenuifolium* DEC.

Caulis ramosissimus, 3'. Flores herbacei flavescentes. *Baccæ* globosæ, miniatæ, nitidæ. *β. et γ.*

var. vel potius species sunt exoticæ, a *Bauhin.* in herb. pro var. *officinalis* habitæ.

Inter *Cliven* et *Wiesam.* Ad ripam *Rheni*; ad *Birsam* prope *Rütibard.* Passim ad hortorum sepes. Jun. Jul. 24.

CONVALLARIA. *Cor.* 1-petala, 6-fida, limbo reflexo. *Stigm.* 3-gonum. *Bacca* 3-ocularis, immatura maculata.

\* *Cor.* campanulatæ.

1) *majalis*; scapo nudo semicylindrico, racemo simplici secundo subnutante, foliis radicalibus geminis ellipticis. . . H. 1241. \* *Lilium convallium majus.* *C. B. Cat.* 87. quod *L. conv. album.* *P.* 304. *Sturm.* I. 14. *Knorr.* Th. II. Tab. C. 3.

β. \* *L. convall. album latifolium.* *Hb.* (Ad specimen foliis amplissimis ternis.)

γ. *angustifolia.*

δ. Floribus semiplenis.

Scapus 5 — 9", basi eadem ex vagina emergens cum petiolo communi, qui oritur, ut alter petiolus alterum amplectatur. *Cor.* globoso-campanulatæ, candidæ, suaveolentes. *Baccæ* globosæ, rubræ.

In nemoribus montium demissiorum vulgo. Majo. Jun. 24.

\* \* *Cor.* infundibuliformes (POLYGONATA).]

2) *verticillata*; foliis verticillatis. L. H. 1244.

\* *Polygonatum angustifolium non ramosum*. C. B. P. 303. Cat. 87. F. D. 86. Clus. H. I. p. 277. f. 1.

Scapus 1 — 2'. Folia lanceolata, sessilia, terna, quaterna, sena. Pedunculi axill. penduli, 2 — 4 — 6-flori. Cor. albæ, cylindricæ, apice virescentes. Baccæ violaceæ.

In M. Wasserfall C. B. In M. Kallen, Vogelberg, circa St. Remy et Raustein. Prope Schafmatt. In M. Schauenburg. Auf der Gempenmatten, sed rarius. In M. Eelben et Plauen Bad. (Supra Weissenstein) Junio. 24.

3) *polygonatum*; foliis alternis (ovato-lanceolatis) amplexicaulibus, caule angulato, pedunculis axillaribus sub1-floris. Sm. H. 1242. *Polygonatum latifolium flore majore odoro*. C. B. P. 303. et *P. latif. minus flore majore*. Pin. l. c. Prodr. p. 136. Cat. 87. F. D. 377.

Rad. crassa, transversa, articulato-nodosa. Scapus 1 — 1 $\frac{1}{2}$ ', tortus, inferne nudus, superne foliosus, arcuato-nutans. Folia sursum spectantia. Pedunculi 1 — 2. raro 3-flori. Cor. cylindricæ, subventricosæ, pendulæ, albæ, apice virides. Baccæ saturate cœruleæ.

In M. Crenzach. In sepibus circa Binningen et D. Margaretam. In M. Muteto, Münchenstein etc. Junio. 24.

4) *multiflora*; foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris.

SM. H. 1243. \* *Polygon. latif. vulgare*. C. B. P. 303. Cat. 87. Schk. t. 97. Bull. t. 307. Lob. ic. I. p. 637. f. 1.

$\beta$ . \* *P. latifol. paucioribus foliis*. Hb.

$\gamma$ . *latifolia*. H. 1243  $\gamma$ . *P. latifol. maximum*. P. 303. et *Ellebori albi foliis*. *Ibid.* C. *latifolia* HOFFM. SUTER. GMEL. etc. (excl. JACQ. syn.) C. *multiflora* BULL. t. 307. Clus. H. p. 276. ic.

(JACQUINUS in Fl. a t. 232. plantæ suæ tribuit folia ad nervos villosula, quæ in hac glaberrima sunt. Nec flores triplo, sed vix quadrante ampliores reperiuntur. Ad Jacq. plant. refer C. latifoliam M. a B.)

Caulis  $1\frac{1}{2}$  —  $2\frac{1}{2}$ ', Folia ovato-lanceolata, magis patentia. Pedunculi 3 — 7-flori. Cor. albæ, quam in *polygonato* minores, graciles, basi et limbo virides. Baccæ cœruleo-nigræ. In  $\beta$ . habitus major, folia subtriplo majora, latiora, crassiora nervis evidentioribus, pedunculi 3 — 5-flori et flores paulo majores. Per gradus intermedios in  $\alpha$  transit.

In sylvis montanis ambæ varietates sat copiose occurrunt. Majo. Jun. 4.

MAYANTHEMUM. Cor. 4 — 6-fida, laciniis patentibus. Stam. 4 — 6, Bacca 2 — 3-locularis.

1) *bifolium*; caule subdiphylo, foliis alternis, cordatis, subpetiolatis, floribus racemosis tetrandris. . . H. 1240. \**Lilium Convall. minus*. C. B. P. 304. Cat. 87. *Convallaria bifolia* L. *Sciophila convallarioides* HELLER. Sturm. I. 13.

*β. triphyllum.*

*γ. heterophyllum.*

Caulis 4—8", inferne longe nudus, basi vaginatus. Folia nervoso-striata, acuminata, plerumque 2, in summitate caulis alterna, superiori sæpe sessili. Flores parvi, albidi, suaveolentes. Bacca matura purpurea, quandoque bicollis. Raro in *β.* folium tertium majus, petiolo longo e basi emergenti innixum accedit, quod videtur folium esse vernale superstes. In *γ.* folium superius basi non cordatum, sed ellipticum est.

In M. Crenzacensi prope D. Christianam. In M. Muteto. Inter *Mutenz* et *Möricenstein*. Infra *Cempen*. In der *H. r. l.* Prope *O'sberg* et *Badenweiler*. Majo. Jun. 24.

MUSCARI. Cor. ovata, medio inflata, limbo coarctato 6-dentato. Caps. supera 3-gona.

1) *comosum*; cor. cylindraceis angulatis, longe pedunculatis, summis sterilibus longissime pedicellatis. W. En. H. 1247. \**Hyacinthus comosus major purpureus*. C. B. P. 42. *Hyac. comosus* L. Jacq. a. t. 126. Lob. ic. p. 106. f. 2.



β. *H. comosus maj. albus. P. l. c.*

Bulbus. Scapus 1—3'. Folia lata, canaliculata, prostrata. Racemus prælongus, flores copiosi, patentissimi, ex fusco - obsolete virides, supremi steriles violacei, longis pedunculis erectis concoloribus innixi et in densam comam collecti.

Inter segetes *auf dem Birsfeld*, *justa der Hard*. Inter *Gundeldingen* exter. et viam versus *Rheinach*. In agris porro ultra portam *Riehanam* et versus *Crenzsch*. In agris cis pontem *Wiesæ*. Majo. Jun. 24.

2) *racemosum*; cor. ovatis ensiformibus confertis, summis (sub) sessilibus, (sterilibus) foliis laxis dependentibus linearibus (carinatis). *W. H. 1245. \* Hyac. racemosus cœruleus minor (angustifol. in hb.) juncifolius. C. B. P. 43. Cat. 19.* *Hyac. racemosus L. Hyac. juncifolius Dict. Enc. Jacq. a. t. 187. Knorr. Thes. I. t. T. S. (opt.) Lob. ic. I. p. 107. f. 2. Nostr. Katzentriebeli.*

Racemus brevis, ovato-cylindricus, densus, floribus atro-purpureis limbo albido, prunum redolentibus.

*Auf der Johannisschanze*. In vineis *Wylensibus*, *Crenzschensibus*, *Haltingensibus* et prope *Rheinfelden* copiosissime. In agris ad pontem *Wiesæ* prope *dem Horburg*. In hortis subinde ad flagitium luxurians. Apr. Majo. 24.

ACORUS, *Spadix* cylindricus, flosculis

undique tectus. *Cor.* 6 - petala. *Stylus* o. *Caps.* 3-locularis trigona.

1) *Calamus*; scapi mucrone longissimo foliaceo. AITON. H. 1307. \* *Acorus verus* s. *Calamus aromaticus officinarum*. C. B. P. 31. *Cat.* 19. Schk. t. 97. F. D. 1158.

Rad. repens, longa, horizontalis, spongiosa, aromatica. Folia longissima 3', ensiformia, basi lateraliter vaginantia. Scapus anceps 1-2', supra medium in folium ensiforme desinens, ex cujus latere fisso spadix emergit cylindricus subarcuatus brunnescens, floribus ex viridescenti luteis tessellato-congestis undique tectus.

In palustribus circa *Bilgelingen* et *St. Jacobum*. Circa *Gundeldingen* et in piscina prope *Irateln*. *Michelfelds*. Jun. Jul. 24.

JUNCUS. *Perigonium* 6-partitum, glumaceum, persistens. *Stigm.* 3. *Caps.* 3-valvis, 3-locularis, polysperma. (Folia subteretia glabra. Flores corymboso-paniculati. ANTHELA.)

\* Culmis nudis.

1) *conglomeratus*; culmo nudo stricto, panicula laterali conglobata, capsulis retusis, floribus 3-andris. SM. H. 1312. \* *J. laevis panicula non sparsa*. C. B. P. 12. *Th.* 183. *Cat.* 14. *J. effusus* L.

(nec LEERSII, nec POLL. etc.) Leers. t. 13. f. 1.  
F. D. 1094. Lam. Ill. t. 250. f. 1.

$\beta$ . *Anthela parva*. *J. lævis* panicula minore nigricante. Michel. nov. Gen. 37. t. LACH.

$\gamma$ . *Juncus nemorosus mollis panicula sparsa*.  
*Scheuchz. p. 344. H. 1312  $\beta$ . et En. p. 252. n. 3.*  
*J. altissimus HOPPE. Diar. 1811. p. 182. etc.*

Radix tenacissima, transversa. Culmi cespitosi, stricti, 1—2½', fistulosi, medullosi, culmi steriles pauci. *Anthela* lateralis (aut potius *terminalis*, si melius culmi apicem sæpe deciduum pro *bractea* habeas) sessilis, dense glomerata. Flores parvi, brunnei, semper 3-andri, foliolis perigonii rigidis, lanceolato-acuminatis, dorso viridibus. Capsula subrotunda, 3-gona, obtusissima, subemarginata, brunnescens, splendens, perigonium subæquans. In  $\beta$ . *anthela parva*, densissima. In  $\gamma$ . culmus 2½—3', *anthela* laxior, sæpe composita, perigonii foliis angustioribus fere subulatis, pallidioribus.

Abunde in aquosis, uliginosis.  $\beta$ . in pascuis subpaludosis sterilioribusque.  $\gamma$ . cum  $\alpha$ . v. gr. prope *Bottmingen* Lach.

2) *effusus*; culmo nudo stricto, panicula laterali effusa, capsulis clavatis truncatis. WAHLENB.  
Carp. H. 1311  $\beta$ . † *J. lævis, panicula sparsa major*.

*C. B. P.* 12. *Th.* 182. *Cat.* 14. *Leers.* t. 13. f. 2.  
*F. D.* 1096.

$\beta$ . Minor, anthela subglomerata. *J. laevis alter.*  
*C. B. P.* 12. *Th.* 182. 183. *J. effusus*  $\beta$ . *subglomeratus* DEC. LOB. ic. I. t. 84. f. 2. (An gramen junius?)

Culmi 2—3', basi vaginati, crassiusculi, medulla laxiori farcti, striati. Anthela infra bracteam rectam (culmi apicem mentientem, ut illa lateralis videatur) supradecomposita, fasciculato-ramosa, divaricata; flores exigui, e fusco-viridiusculi, perigonii foliolis acuminatis striatis, capsulas obtusissimas brunneas mucronulatas parum splendentes subæquantibus.

In paludibus, ad fossas, stagna frequens. Jun. Jul. 24.

3) *glaucus*; culmo nudo glauco, apice cernuo, tereti, panicula laterali elongata erecta, capsulis acutis. WAHL. *Carp. H.* 1311. *J. acutus panicula sparsa.* *C. B. P.* 11. *Th.* 176. *J. acuminine reflexo major.* *Th.* p. 184. c. ic. *Pin.* 12. *J. effusus* POLL. *J. inflexus* LEERS. t. 13. f. 3. (non L.)  
*F. D.* 1159.

$\beta$ . Anthela simpliciore contractiore. *J. acuminine reflexo alter.* *C. B. P.* 12. *Th.* 185. *Prodr.* p. 22. (An gramen junius?)

A præcedente affini recedit: Culmis brevioribus, gracilioribus, tenacioribus, medulla

interstitiis distincta, basi vaginis atro-fuscis nitidis cinctis, culmi apice seu pedis bractea gracilliore demum incurvata, scabula strictiore, pedunculis longioribus sursum tendentibus, floribus majoribus eulcythadricis, perigonii foliis magis subulatis ex purpureo-virescentibus, capsulam majorem triplicem-ovalem subglobosam (aere rotundam) mucronatam nitidissimam parum superantibus.

Ad fossas aquaticas, in palustribus et pascuis humidis frequent. Jun. Jul. 24.

4) *filiformis*: aphyllus, culmo filiformi cernuo, cyma simpliciuscula in medio culmi, capsulis eulcythadricis (floribus 3-andris). WAHLENB. Carp. H. 43. 3. \* *J. levis panonica sparsa minor*. C. B. F. 42. Th. 133. Loert. t. 26. n. 4. Röm. F. E. f. 2. Sturm. I. 66.

Rad. vixile repens. Culmi caespitosi  $\frac{1}{2}$  filiformes, basi vaginis brevibus fuscis amicti, erecti, fistulosi, non farcti. Anthela sub spatha culmum subaequante, parva, simplex, pauciflora. Perigonii foliola subulata, pallide ex flavo-viridescencia. Caps. magne, obovato-globosæ, subtrigonæ, lividæ.

Auf dem Nonnmarweiser M. Solchen Bad. Jun Jul. 24.

5) *capitata*: culmo nudo filiformi, capitulo terminali subsolitario involucreto. W. J. foliatus

*minimus*. *J. B. H. II. p. 523.* *J. ericetorum* POLL. *J. gracilis*  $\beta$ . ROTH. *J. mutabilis* CAVAN. ic. 3, t, 296. f. 2. (excl. syn.) Sturm. I. 13.

Rad. fibrillosa. Culmi cæspitiosi, filiformes, erecti, digitales et ultra. Folia culmis similia, sed breviora. Capitulum sessile, pauciflorum, ex viridi-album, terminale, vel solitarium vel uno alterove capitulo paulo inferius sito. Bractæe plures, 3 — 5, exteriori longiore capitulum duplo superante, primum recta, culmi continuationem mentiente, dein recurva. Capsulæ brunneæ, obtusissimæ.

Ad Wiesam in arenosis longe a ponte invenit b. Lachen. (Hujus igitur graminis jus civitatis helveticæ extra dubitationis aleam positum est.) Augusto. 24.

\* \* Culmis foliosis.

6) *aquaticus* ROTH. ; culmis foliosis adscendentibus, foliis compressis nodoso-articulatis, anthela composita, capitulis subcordatis subsexfloris, perigonii foliolis lanceolatis acutis, capsula triquetro-oblonga mucronata brevioribus. . . . H. 1322. \* *Gr. junceum folio articulato aquaticum*. *C. B. P. 5. Prodr. 12. Th. 76. ic. Cat. 8.* *J. articulatus*  $\alpha$ . L. *J. lampocarpus* EHRH. *J. acutiflorus* HOFFM. SUTER. GAUD. (non EHRH.) *J. compressus* RELHAN. *J. foliosus* HOPPE. *F. D. 1097.* Leers. t. 13. f. 6. (?)

*β. viviparus*; *Gr. junc. fol. art. cum utriculis*  
*C. B. P. Prodr. c. ic. et Cat. l. c. Th. 77. c. ic.*

*γ. Minor*, pauciflorus.

Rad. fibrosa, fasciculata, subrepens. Culmi decumbentes vel adscendentes, sæpe cæspitosi, subcompressi, glabri, levissime striati,  $\frac{1}{2}$  —  $1\frac{1}{2}'$ . Folia alterna, glabra, compressiuscula, linearia, erecta, ob valvulas articulato-nodosa. Vaginæ glabræ striatæ. Ligula oblonga obtusa. Anthela composita, dichotoma, ramulis strictis divergentibus. Bracteæ acuminatæ. Capitula subcordata, terminalia, lateralia et axillaria. Flosculi 4 — 7, divergentes. Perigonii foliola brunnea, medio viridia, acuta. Capsula atro-spadicea, splendens, obtusiuscula, mucronata. In *β.* flores vel plures vel simul omnes in fasciculos foliosos purpurascens excresecunt; monstrositas, ex ictu insecti oborta, quod Cel. LATREILLIO dicitur *Livia Juncorum*; (cf. *Ej. Hist. nat. d. Fourmis. t. 12. f. 3.*) In *γ.* culmus palmaris, spithamæus, panicula paupera. (Ne tamen cum *J. alpino* confundas.)

In palustribus locisque humidis ubique vulgaris. *β.* passim occurrit. *γ.* in pascuis montanis. Jun. - Aug. 24.

\* *fusco = ater* SCHREB.; culmis foliosis erectis, foliis nodoso-articulatis strictis, superioribus subcompressis, capitulis paucifloris, perigonii foliolis obtusis capsula triquetra-ovata obtusa

mucronata brevioribus. . . (J. obtusiflorus  
Mulleum 2.)

A priori, cui accedit ut equam subspecies, distin-  
guitur radice horizontali repente, culmis strictis,  
anthela rariore, ramulis brevioribus, capitulo-  
rum flosculis 2—5, perigonii foliolis brunneis  
apice fusco-atris cum capsula obtusioribus,

Isdem locis minus frequens. Jul. Aug. 24.

7) *sylvaticus* ROTH.; culmis foliosis erectis,  
foliis teretibus nodoso-articulatis, anthela supra-  
decomposita, capitulis subcordatis multifloris,  
perigonii foliolis lanceolatis setaceo-mucronatis,  
capsulam triquetro-ovatum rostratam æ quanti-  
bus. . . \**Gr. junceum folio articulato sylvaticum.*  
*C. B. P. 5. Th. 75. 76. ic. Cat. 8. J. articulatus γ.*  
POLL. J. acutiflorus varior. Auct.

Radix horizontalis, repens, crassa. Culmi  
2—3, plures, erecti, crassi. Folia vix com-  
pressa, anthela ampla divaricata; capitula ex  
minoribus, cordata vel subglobosa, flosculis  
7—11; perigonii foliola apiculo setaceo parvo  
terminata et capsula mucrone longiore prædita.

Quando nec etiam *viviparus* occurrit.

In pratis sylvaticis locisque udis umbrosis minus fre-  
quens. Ad Bersam in arenosis. In pascuo udo infra *Neumeg*  
*b. Miegius.* Jul. Aug. 24.



\* *acutiflorus* EHRH. ; culmis foliosis erectis, foliis teretibus subcompressis articulatis, anthela composita, capitulis globosis multifloris, perigonii foliolis lanceolatis acuminatis capsula triquetra - pyramidata brevioribus. . . J. spadiceus SCHREB. J. atratus KROCKER. ? (excl. Hall. syn.)

Subspecies. A præcedenti distinguitur : Anthela contractiore, flosculis majoribus, exterioribus reflexis, perigonii foliolis acuminatis brevius mucronatis, capsula longius producta brevioribus.

Inter priorem rarius. Jul. Aug. 24.

8) *obtusiflorus* EHRH. ; culmis foliosis erectis, foliis teretiusculis articulatis, anthela supradecomposita, capitulis subglobosis subtruncatis, perigonii foliolis æqualibus obtusiusculis, capsulam trigono-ovatum obtusam mucronatam subæquantibus. . . H. 1323. (excl. B. syn.) J. obtusiflorus GAUD. (excl. pl. Syn) J. divergens KOCH et ZIZ. J. bifolius HOPPE. J. congestus NEES ab ESENB. (t. specim. et litt.) J. Neesii FL. WIRCEB. Suppl.

Rad. horizontalis, crassa, cæspitosa. Culmi  $1\frac{1}{2}$  — 3', erecti, stricti, medullosi, basi vaginis laxis fuscis nitidis vestiti. Folia pallide viridia, crassa, longa, inferiori anthelam fere æquante, obscurius nodosa. Anthela duplex vel triplex, in

gramine juniore congesta, pedunculis breviusculis crassiusculis, primum omnibus erecto-patentibus, deinde aliis patentissimis, aliis refractis. Capitula parviuscula, hemisphærica vel subglobosa, quasi truncata, ecolorata. Flosculi 3—5—7 et plures, dense congesti. Perigonii foliola ovato-lanceolata, obtusiuscula, concava, margine albo membranaceo cincta, parvo mucrone inflexo, pallide brunnea. Stigma longe exsertum. Capsulæ æquales, itidem brunneæ, subtrigono-ovatæ, obtusæ, apiculatæ.

(Mulum ab auctoribus hocce gramen ignorari vel confundi videtur.)

Rarius occurrit in stagnis ad Birsam, Wiesam et Rhenum. Jul. Aug. 24.

9) *subverticillatus* WULFEN; culmo procumbente, foliis setaceis subarticulatis, corymbo dichotomo divaricato, capitulis subquinquefloris sessilibus. ROSTKOV. H. 1320.

α. Culmo erectiusculo. *J. supinus* MÖNCH. HASS. 296. t. 5. *J. setifolius* EHRH. *J. affinis* GAUD. ? F. D. 1099.

β. Culmo decumbente, radicante et capitulis sæpe proliferis. *J. uliginosus* ROTH. *J. fluitans* LAM. ? *J. supinus* GAUD. *J. subverticillatus* SUTER. GMEL. *J. stolonifer* WOHLLEBEN. Sturm. I. 13. Schk. 7. 98. b. Scheuchz. t. 7. f. 10.

Rad. bulbosa, multifibrosa. Culmi filiformes, cæspitiosi, in  $\alpha$  suberecti, 2—4", in  $\beta$ . magis decumbentes, e nodulis radicanter, longiores. Folia conferta, setacea, nodulosa. Capitula 2—5-flora, locis siccioribus prolifera. Perigonii foliola brunnea vel rufa, dorso viridia, obtusiuscula. Caps. triquetrae, obtusae. In  $\beta$ . capitula quandoque non solum foliola setacea edunt, sed et ex eorum basi radículas agunt. Inter chartas brevi ante siccitam sæpe prolificantem observes.)

Locis uliginosis, inundatis rarissime. Rud. Stæhelinus circa urbem absque loci natalis indicio. (Ad pedem *M. Ballois* Lachen) Etiam Mühlhusiæ nasci fertur.

10) *Tenageja*; culmo folioso dichotomo-paniculato, foliis setaceo-convolutis, floribus solitariis subsessilibus, perigonii foliolis oblongo-ovatis mucronatis, longitudine capsulae subrotundae obtusae. . . J. Vaillantii THUIL. Vaill. t. 20. f. 1. Sturm. I. 10. F. D. 1160.

Rad. fibrosa. Culmi numerosi, 2—7", inæquales, capillares. Anthela simplex subdichotoma, pedunculis filiformibus. Flores breves, laterales, axillares et terminales, spadicei, quasi truncati, perigonii foliolis nempe capsulisque splendidibus subtrigonis obtusissimis inter se æqualibus.

Michelfeldæ Lach. Ad Wiesam Zeiherus. Jul.  
Aug. ☉.

11) *bulbosus*; culmo folioso simplici compressiusculo, foliis canaliculatis, corymbo terminali foliis floralibus brevior, capsula subrotunda obtusa (mucronulata) petalis (perigonii foliolis) parum longior. Rostkov. H. 1318. *Gr. junceum foliis et spica Junci. C. B. P. 5. Th. 78. Cat. 8.*  
\* *J. parvus cum pericarpio rotundo. Herb. et J. B. H. II. p. 522. c. ic.* (excl. syn. et descript. Leers. t. 13. f. 7. Sturm. I. 36. F. D. 431.

Rad. horizontaliter repens. Culmi inæquales, palmares, pedales. Folium florale alterum anthelam rectam supradecompositam multifloram plerumque superans. Flores exigui, ex viridipurpurascens, stigmatibus dilute carneo. Perigonii folia obtusa brunnea. Caps. subglobosa, obtusissima, stylo terminata, nitida, fusca, calycem duplo fere superans.

Ad siccitas humidam pratorum et in graminosis tenuibus, ubi per hyemem aquæ stagnarunt; v. gr. ad ripas Rheni, Wiesæ. *Auf den Lachen. In der Hard.* In pascuis humidis montanis. Jun. Jul. 24.

(*J. consanguineum* K. et Z. nondum observavi.)

12) *bifonius*; culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis sessilibus, calycibus subulatis capsula elliptica (obtusa vix) longioribus. WAHL.

H. 1219. \* *Gr. nemorosum caliculis paleaceis.*  
*C. B. P. 7. Th. 100. c. ic. Cat. 10. Leers. t. 13. f. 8.*  
*S. arm. I. 36. F. D. 1098. J. B. H. II. 519. ic. 2.*

*β. repens. C. B. L. c. inter varietates.*

*γ. viviparus.*

Rad. fibrosa, cæspitosa. Culmi digitales, palmares et ultra, exteriores divergentes, ramis multis dichotomis. Folia complicato-setacea, basi squamis vaginantibus cincta. Flores bracteati, axillares, laterales et terminales, oblongi, subscariosi, pallide virides. Perigonii foliola exteriora angustiora aristata, interiora latiora mutica.

In humidis, ad fossas aquaticas frequens. *γ.* prope *Olberg.* Jun. - Aug. ☉.

LUZULA. *Perigonium* hexaphyllum, glumaceum, persistens. *Stigm. 3. Caps. 1-ocularis, trivalvis, trisperma. (Folia plana)*

1) *vernalis*; foliis planis pilosis, panicula cymosa subsimplici, pedunculorum floribus lateralibus sessilibus solitariis, calycibus capsula brevioribus. WAHLENB. Carp. II. 1325. \* *Gr. hirsutum latifolium minus. C. B. P. 7. Th. 101. (excl. ic. ad L. max. referenda.) panicula juncea. Cat. 10. (non Prodr. p. 15. quod ad maxim.) J. pilosus L.*

*Luzula pilosa* GAUDIN. *J. luzulinus* VILL. Leers. t. 13. f. 10.

Culmi erecti, foliosi,  $1\frac{1}{2}$  —  $11\frac{1}{2}$ '. Folia graminea, caulina radicalibus multo minora, margine et vagina pilosa, apice callosa. Pro ligula villi. Anthela terminalis subcomposita, laxa, pedunculis filiformibus, floriferis divergentibus, fructiferis refractis. Floeculi solitarii, laterales, axillares et terminales, subovati, perigonii foliolis ovato-lanceolatis, spadiceo-purpurascensibus, margine scarioso-albidis. Caps. obtusæ mucronatæ, virescentes. Stigma in gramine florente longe exsertum.

Var. flor. minoribus.

In sylvis et juxta istarum oras ubique. Mart. - Majo. 24.

2) *Forsteri*; corymbo subcomposito irregulari erecto, floribus solitariis, capsulis acutis. GAUD. *Juncus Forsteri* SM. in Add.

Culmus quam in priori altior, folia angustiora longiora. Anthela irregularis, pedunculis suberectis, nunquam refractis. Flores solitarii, foliolis perigonii acuminatis. Caps. triquetrae, acutae, flavescens, perigonium paulo superantes.

In sylvis montanis Juræ passim; v. gr. circa Delemontium. Apr. Majo. 24.

3) *maxima*; foliis planis pilosis, corymbo decomposito divaricato, capitulis subtrifloris, petalis (fol. perig.) aristatis longitudine capsulæ. W. En. H. 1324. \**G. hirsutum latifolium majus*. C. B. P. 7. Th. 102. (excl. ic. ad *vernalem* referenda.) Cat. 10. *panicula juncea*. Prodr. p. 15. t. ic. et Hb. J. latifolius WULFEN. J. maximus W. SP. Junc. nemorosus  $\beta$ . POLL. Juncus sylvaticus SM. Luzula sylvatica DEC. GAUDIN. J. pilosus VILL. Sturm. I. 36. F. D. 441.

Culmi 2'. Folia radicalia dense cæspitosa, 4—6''' lata, culmo breviora, valde pilosa, caulina angustiora, brevia; anthela multiflora, simplex vel composita, pedunculis valde inæqualibus; infer. deflexis. Flosculi 2—4 in capitulum congesti. Perigonii foliola lanceolata, aristato-mucronata, spadicea. Caps. ovata, perigonio vix brevior, mucronata, sæpe rostrata.

In sylvis montanis; etiam in planitie, v. gr. in der neuen Welt. Jun. Jul. 24.

4) *albida*; foliis planis pilosis, corymbo decomposito patulo foliis breviora, capitulis sub4-floris, petal. (fol. perig.) mucronatis subæqualibus, radice fibrosa. W. En. H. 1327. \**Gr. hirsutum angustifol. majus*. C. B. P. 7. Prodr. 16. Th. 105. c. ic. Cat. 7. Juncus albidus L. J. nemorosus  $\alpha$ . POLL. J. maximus  $\beta$ . ROTH. J. angustifol.

WULFEN. Leers. t. 13. f. 9. sub *Junc. niveo*.  
Sturm. I. 36.

*β. versicolor*; capitulis 3—5. floris, ex albido, brunneo et sordide violaceo variis.

*γ. congesta*; (L. albida var. *rubella* HOPPE huc pertinere videtur. Vide Ej. Gram. exsicc. selecta.)

Culmi 1—2'. Folia omnium angustissima, summis anthelam multifloram florentem superantibus. Pedunculi capillares. Flores fasciculati 2—4, sordide albidi vel luteoli, splendentes. Capsulae trigono-ovatae, mucronatae, spadiceae, flosculos aequantes. *β.* var. memorabilis, foliis angustioribus, anthela magis coarctata, perigonii foliolis magis inaequalibus, interioribus exteriores longius superantibus. *γ.* flosculis e dilute brunneo et rubicundo variis insuper differt.

In M. Mateto et in omnibus fere sylvis montanis. In vicinis partibus Reichfeldensibus C. B. In nemoribus circa urbem. *β.* prope Osberg Cl. F. Nees. *γ.* in sylvula Wylenci Cl. Röckhstetter. Jun. Jul. 24.

5) *campestris*; foliis planis pilosis, spicis pedunculatis umbellatis, intermedia sessili, petalis (fol. perig.) mucronatis capsula (obtusis) longioribus. W. Ed. H. 1330. \* *Gr. hirsutum capitulis Pegglii*. C. E. P. 7. Prodr. p. 15. Th. 103. ic. Cat. 10. Junc. campestris L. Leers. t. 13. f. 5. P. D. 1833.



*β. elatior*; foliis angustioribus.

*ββ.* Spicis magis congestis. \* *Gr. hirsutum capitulo globoso. Th. p. 104. c. ic. mala. Cat. 10.*

*J. campestris β. ROTH. J. congestus THUILL.?*

Rad. sublignosa, repens. Culmi palmares, in *β.* pedales et ultra. Spicæ plures, 3 — 7, ovatæ, corymboso - umbellatæ, inæqualiter et laxe pedunculatæ, sæpius pendulæ, centrali subsessili. Perigonii foliola lanceolata, atro-fusca, margine albida. Folium florale alterum corymbum subæquans. *β. gracilior*, 1 — 1½', spicæ vel variores, 3 — 5, vel rarius numerosæ (12 — 20 in anthela supradecomposita), in *ββ.* breviter pedunculatæ, foliis perig. magis spadiceis margineque albide latiore. Ambæ var. a seq. potissimum differunt pedunculis laxis et spicis majoribus.

In pratis, arvis et sylvis vulgaris. *β.* in *M. Crenzach C. B.* In nemore Wylensi. Prope *Olsberg.* Jun. Jul. 4.

6) *multiflora* HOFFM.; culmo elongato stricto folioso, foliis angustis subpilosus, spicis inæqualiter pedunculatis erectis, capsulis obtusis perigonio paulo longioribus. . . *J. erectus* PERSOON. *J. intermedius* THUILL. *J. campestris γ. ROTH. GMEL.*

A priori differt: Rad. fibrosa, culmo plerumque altiori stricto, foliis angustioribus minus pilosis, spicis plerumque numerosioribus, 9—20,

omnibus pedunculatis minoribus, pedunculis valde inæqualibus, semper erectis (infimo excepto, subinde nutante), fol. perigonii acuminatis mucronatis, ex viridi pallide purpureis vel rutilantibus, capsulis pallidioribus, maturis calycem paululo superantibus. An vera species?

Prope *Olsberg*. In sylva Möhlinensi. In palustribus circa Delemontium. Jun. Jul. 24.

BERBERIS. *Cal.* 6-phyllus. *Petala* 6, ad unguis glandulis 2. *Stylus* 0. *Bacca* 2-sperma.

1) *vulgaris*; racemis simplicibus pendulis, spinis subtriplicibus ad ramorum basin, foliis fasciculatis lanceolato-obovatis obtusis, serraturis aristatis. . . H. 828. *B. dumetorum*. *C. B. P.* 454. *Cat.* 109. Knorr. II. t. B. Schk. t. 99.

Frutex, 4—6'. Lignum flavum. Flores lutei, foetidi. Stamina irritabilia, tacta subito stigmati assilientia. *Baccæ* cylindricæ, sanguineæ, acidulæ.

In dumetis, ad sepes. Majo. Jun. †.

PEPLIS. *Cal.* campanulatus, 12-dentatus, dentibus alternis reflexis. *Petala* 6 minima, calyci inserta, fugacissima. *Caps.* 2-ocularis.

1) *Portula*; floribus axillaribus solitariis, foliis

oppositis subrotundo - obovatis, in petiolum decurrentibus. . . H. 856. \* *Alsine palustris minor serpyllifolia*. C. B. P. 251. Prodr. 118. Cat. 74. Sturm, I. 1. Schk. t. 99.

Rad. repens. Caulis digitalis, palmaris, ramosissimus, prostratus, rubellus, radicans. Folia carnosa, superiora approximata. Flores axillares, exigui, carnei, petalis fugacibus.

In palustribus Alneti circa telonium Wiesæ C. B. Ad Wiesam in arenosis humidis inter *Riehen* et *Wyl* haud longe a ponticulo *Lachen*. In udis sylvaticis prope *Sackingen* et *Olsberg*, Mühlhusiæ. Jun. - Aug. ☉.

---

## T R I G Y N I A.

---

RUMEX. Cal. 3 - phyllus. *Petala* 3 conniventia, demum in *valvulas* mutata, *semen* 1 triquetrum includentia.

\* Valvulis granulo notatis.

1) *Patientia*; floribus hermaphroditis, valvulis cordatis subintegerrimis, unica granifera, foliis ovato-lanceolatis. W. En. *Lapathum hortensefolia oblongo s. secundum Diosc.* C. B. P. 114. Blackw. 489.

Rad. fusiformis. Caulis 3—6'. Folia lata, magna, 3—7-pedalia, petiolata. Flores verticillato-spicati. Valvulæ integerrimæ, una subinde glandula rubente distinctæ.

In valle petrino sponte crescentem invenit L a c h e n. Jun - Aug. 24.

2) *sanguineus*; floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis, unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. W. † *Lapathum folio acuto rubente*. C. B. P. 115. Munting. Brit. t. 113.

Costis venisque foliorum floribusque rubicundis ab affinibus facile distinguendus. Sauciatus humorem rubrum fundit.

In incultis raro. (Nunquam legi, sed in hb. L a c h e n. prostat) Junio. Julio. 24. ♂.

3) *Hydrolapathum*; flor. hermaphroditis, valvis triangulari-ovatis integerrimis venosis, omnibus graniferis, foliis lanceolatis basi attenuatis. W. En. H. 1588. \* *Lap. aquat. folio cubitali*. C. B. P. 116. R. britannica W. Prodr. R. maximus GMEL. (excl. syn. SM.) R. aquaticus SUT. (excl. L. syn.) Blackw. t. 490.

Rad. crassa, intus flava. Caulis 3—4', sulcatus, ramosus. Folia infima maxima, sæpe cubitalia, petiolata, lanceolata, utrinque acuta. Spicæ verticillatæ, longæ, densæ, foliaceæ. Valvulæ magnæ,

ovatæ , obtusæ , integerrimæ , granulo parvo ovato-acuminato , sæpius obsoleto , notatæ. Granulum nonnunquam præ cæteris excellit.

(*R. aquaticus* L. a SM. WILLD. in En. et DEC. c. priori conjunctus, foliis basi dilatatis cordatis, specie differt.)

In stagnis et paludibus ad Rhenum ; v. gr. Michelfeldæ. Jun. Jul. 24.

4) *crispus* ; flor. hermaphroditis, valvulis deltoideis integris graniferis, foliis lanceolatis (marginè crispato-) undulatis acutis. WAHL. Carp. H. 1589. \* *Lap. folio acuto crispo*. C. B. P. 115. Cat. 33. F. D. 1334.

Caulis 2 — 3'. Spicæ verticillatæ, verticillis densis, glomeratis, interruptis, subfoliosis. Valvulæ omnes granulo magno aurantiaco munitæ.

In pratis, pascuis, ad fossas, in ruderatis. Jun. Jul. 24.

5) *Nemolapathum* ; flor. hermaphroditis, valvulis linearibus obtusis, integerrimis, graniferis, verticillis remotis, ramis patentibus, foliis inferioribus cordato-lanceolatis, superioribus lanceolatis. W. En. H. 1590. (An forsàn c. *nemoroso*?) \* *Lap. aquat. minus*. C. B. P. 116. Cat. 33. et *minimum*. P. 115. Cat. l. c. Lob. ic. t. 284. ic. 2. (quod ult. syn. alii perperam, ad *R. maritim.* referunt.) *R. conglomeratus* ROTH. *R. paludosus* AITON.

*R. divaricatus* THUILL. (excl. syn.) *R. acutus* SM.  
(quoad descript.) *R. crispus*  $\beta$ . POLL SPRENGEL.

A priori differt: Habitu minori, caule sæpe simplici, foliis planioribus, margine subtilius crispatis, ut serrata credas, ramis patentioribus, valvulis parvioribus angustioribus granulisque minoribus. Una alterave valvula sæpe eglandulosa reperitur; tunc ad seq. accedit.

Loca humidiora præfert. Julio. 4.

6) *nemorosus* SCHRAD.; floribus hermaphroditis, valvulis oblongis obtusis integerrimis, unica granifera, foliis lanceolatis. W. EN. *R. sanguineus*  $\beta$ . SM. *R. acutus* CURTIS et mult. auct. *R. exsanguis* KIT.? *R. condylodes* M. a B.?

Priori affinis. Caulis  $1\frac{1}{2}$  — 3', erectus, angulatus, sulcatus. inferne sæpe rubescens, superne pubescens, ramosus, ramis gracilibus erectis, (non divergentibus.) Folia plana, crenulata, inferiora longius petiolata, oblongo-lanceolata, basi vel attenuata vel sæpe subtruncato-emarginata, superiora sessilia lanceolata. Verticilli remoti, inferne foliosi, superne nudi, valvulæ oblongæ, integræ, reticulatæ, exteriori granulo rubro notata.

Locis umbrosis, nemorosis, præsertim humidis, non infrequens. Jun. Jul. 4. ♂. ?

7) *palustris* SM.; valvulis (deltoideo-) lanceolatis, basi dentatis graniferis, foliis lineari-lanceolatis, verticillis (sub) distantibus. SM. R. aureus HOFFM. R. limosus THUILL. R. acutus POLL. R. maritimus Mult. Petiv. Hb. Br. t. 2. f. 7.

Radix intus rubra. Caulis 1—2', profunde sulcatus, glaber. Folia pallide viridia, glabra, integra, sub oculo armato punctata, in petiolum gracilem decurrentia, inferiora ovato-lanceolata, mox fatiscentia. Flores pedunculati, in verticillos densos foliatis, inferne remotiores, superne approximatos, congesti, ex luteo vel auriantiaco pallide virides. Valvulae parvae, oblongo-triangulares, dentibus utrinque 3 subulatis divergentibus valvula brevioribus praeditae granoque oblongo auriantiaco insignitae.

(*R. maritimus* SM. foliis angustioribus, verticillis confertioribus, praesertim autem (t. specim. ab amiciss. ZEIHRO mecum benigne communicato) valvularum deltoidearum dentibus setosis duplo saltem longioribus distat. (Valde tamen affinis.)

*Im Weiherfeld prope Rheinfelden. Junio-Aug. ☉.*

8) *obtusifolius*; valvulis dentatis, unica praecipue granifera, foliis radicalibus cordatis obtusis, caule scabriusculo. SM. H. 1592. *Lap. folio minus acuto.* C.B.P. 115. F. D. 1335. Lob. ic. I. t. 285. ic. 1.

β. Foliis angustioribus acutioribus. H. 1591?  
 \* *Lap. folio acuto plano. C. B. P. 115. Cat. 33.*  
 (Omnino huc, t. 2 speciminibus in Bauh. horto  
 sicco obviis; altero juniore, altero adultiore  
 valvulis maturis, utroque evidenter ad *obtusifolium*  
 pertinente.) R. acutus Multorum. (An  
 LINN.?)

Rad. crassa, fusiformis. - Caulis sæpe purpu-  
 rascens, ramosus, ramis erectis. Folia radicalia  
 petiolata, magna, cordato-oblonga vel cordato-  
 ovato-oblonga, basi plerumque inæquali, obtu-  
 siuscula vel acuta, costa sæpius rubicunda; caulina  
 lanceolata, suprema acuminata. Verticilli subnu-  
 di, densi, subdimidiati. Flores virides, nutantes.  
 Valvulæ primum integræ, parvæ, dein magnæ,  
 cordato-deltaidæ, dentibus subulatis divaricatis  
 coronatæ, granula in valvula exteriori insigniore.  
 Valv. interiores haud raro nudæ conspiciuntur.  
 β. nonnisi characteribus datis differt.

(Multum circa *R. acutum* sibi contradicunt  
 auctores; quippe quum alii *R. nemorosum*, alii,  
 uti SMITHIUS, *Nemolapathum*, alii specimina ju-  
 niora vel var. nostram *obtusifolii*, quin denique  
 alii, uti POLLICHIUS, *palustrem* SM. pro illo ven-  
 ditare solent. R. acutus DEC. alia planta videtur.)

In cultis, ad fossas, sæpes, ripas etc. ubique vulgaris.  
 Jun. Aug. 24.



## \* \* Valvulis nudis.

9) *scutatus*; foliis cordato-hastatis (obtusiusculis), hamis reflexis divergentibus. . . H. 1594.

\* *Acetosa scutata repens*. C. B. P. 114. Prodr. p. 55.

*β. glaucus* JACQ. ic. rar. t. 67.

*γ. sativa*; *Acetosa rotundifolia hortensis*. P. l. c.

Tabern. p. 826. ic.

Planta rore glauco tota obducta. Rad. repens, subrubra. Caulis 1—2', basi decumbens. Folia longius petiolata, crassiuscula, succulenta. Racemi terminales spicæformes, laxi, nudi, floribus virescentibus vel rubellis cernuis. Valvulæ deltoideæ, rubellæ, eglandulosæ. Sapor acidus, gratus.

In lapidosis infra *Rothenfluh*. Prope *Langenbruck* et *Ballstall*. Ad pontem Rheni Rhenofeldæ. In M. *Farnsburg* infra arcem. In M. *Hauenstein* aliisque rupestribus Juræ.

## \* \* \* Floribus diclinis.

10) *alpinus*; floribus hermaphroditis sterilibus fœmineisque, valvulis integerrimis, 1—2 graniferis, foliis radical. cordato-obtusis, rugosis. . . H. 1587. \* *Lap. hortense rotundifolium s. montanum*. C. B. P. 115, \* *Lap. folio subrotundo*. Hb. Blackw. t. 262.

Rad. prægrandis, ramosa, Rhabarbarum æmulans. Caulis 4—5'. Folia rad. amplissima, longe

petiolata. Flores racemoso verticillati, numerosissimi, ex viridi - purpurascens.

Pone ædes Villici in *Oris* L a c h. Jul. Aug. 24.

11) *Acetosa*; floribus dioicis, foliis oblongis, (obtusis) sagittatis, valvulis graniferis. Sm. H. 1597. † *Acetosa pratensis*. C. B. P. 114. Cat. 33, Blackw. t. 230.

β. *Ac. montana maxima*. P. l. c. Scheuchz. It. alp. 129.

γ. *foliis crispis*. P. l. c.

δ. *pubescens*, hamis bifidis. R. intermedius DEC. suppl. ?

Caulis  $1\frac{1}{2}$ —3', subsimplex. Folia glabra, rad. et caul. infer. petiolata. Stipulæ membranaceæ, margine dentato-setaceæ. Racemi plures terminales. Flores viridescens, demum rubelli. Valvulæ ovatæ, integræ. δ. var. quasi *intermedia* inter *Acetosam* et *Acetosellam*. Caulis 1— $1\frac{1}{2}$ ', glaber; folia 1— $1\frac{1}{2}$ " longa, cum petiolis pubescentia, oblonga obtusa subdentata, hamis bifidis, lobo superiori tenuiore dentiformi. J. B. H. II. p. 940. ic. accedit, sed folia nimis acuta exhibentur, Vix species.

In pratis, ad viarum margines ubique. β. ad sylvarum oras humidis montium editiorum. γ. colitur. δ. semel inveni ad aggerem lapidosum apricum Rheni inter parvam Hünigam et Markt. Majo - Julio. 24.

12) *arifolius*; floribus dioicis, foliis inferioribus ovatis petiolatis hastatis, hamis brevibus recta divaricatis, superioribus ovato-lanceolatis acutis, hastato-sagittatis, hamis brevissimis descendentibus. . . H. 1598. R. arifolius ALL. (non AITON.) R. hispanica GMEL. R. Acetosa  $\epsilon$ . W. R. Acetosa  $\gamma$ . SUT. Boccon. Mus. t. 125.

Differt a priori: Vagina truncata brevi (non dentato-setacea), foliis tenuioribus, radicalibus brevioribus latioribus, hastatis, longius petiolatis, caulinis superioribus amplexicaulibus et panicula minori.

In M. *Plauen* Bad. Cl. F. Nees. Retro *Schweighof* versus *Sinz* montis *Belchen* Cl. Vulpus. Jul. Aug. 24.

13) *Acetosella*; floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis vel sagittatis, hamis acutis recurvis, valvulis nudis. . . H. 1596. \* *Acet. arvensis lanceolata*. C.B.P. 114. Cat. 33. Blackw. t. 307. F. D. 1161.

$\beta$ . *A. lanceolata angusta repens*. P. l. c. et Prodr. p. 55. Tabern. 827. ic.

$\gamma$ . Foliis plerisque non hamatis. † *A. arvensis minima non lanceolata*. P. et Cat. l. c. Tabern. 827. ic.

Rad. repens, stolonifera. Caulis 3—9", erectus. Folia rad. petiolata, polymorpha, vel sagittata,

hastata vel semihastata, hamis sæpe 2—5-fidis (*R. multifidus* LOISELEUR. excl. Syn.), raro integra. Flores spicato-racemosi, rubelli. Tota planta sæpe rubescit.

Locis siccis saxosis, in arvis sterilibus.  $\beta$ . in sylvis cæduis.  $\gamma$ . locis apricis aridis. Per totam æstatem. 24.

SCHEUCHZERIA. *Perigonium* 6-phyllum, basi nudum. *Stigmata* sessilia. *Caps.* inflatæ, subdispermæ.

1) *palustris*; foliis canaliculatis setaceis, racemo erecto paucifloro. GAUDIN. H. 1310. *Juncus floridus minor*. C. B. P. 12. Prodr. p. 23. Th. 190. Linnei Fl. Lapp. t. 10. f. 1. Schk. t. 100. F. D. t. 76.

Rad. repens, tunicata, albida, nodosa. Culmus 4—8", gramineus. Folia linearia, semiteretia, basi late et oblique vaginantia. Flores 3—10, ex luteo-virides, paniculato-racemosi, pedunculis e bractea lanceolata emergentibus, fructiferis subinde cernuis. *Caps.* 3—6, subrotundæ, inflatæ, apiculatæ, liberæ.

Circa Mühlhusiam Hof er u s ex fide Ha ll. Jun. Jul. 24.

TOFIELDIA. *Perigonium* 6-phyllum, basi involucreatum. *Involucrum* sub 3-phyllum, minimum. *Petala* 6. *Styli* breves. *Caps.* 3, superæ, basi junctæ, polysperinæ.

1) *calyculata*; floribus bracteatis racemosis, calyculo trilobo floribus approximato glabro. WAHLENB. Helv. H. 1205. *Pseudo-Asphodelus alpinus*. C. B. P. 29. Th. 552. Cat. 18. Anthericum calyculatum  $\alpha$ . L. sp. pl. ed. 2. Narthecium Iridifolium VILL. Helonias borealis WILLD. (excl. pl. syn.) Tofieldia palustris SM. DEC. GAUDIN. (non HUDSON.) Hebelia collina et allemannica GMEL. II. t. 1. F. D. t. 36.

Caulis  $\frac{1}{2}$  — 2'. Folia radicalia numerosa, cæspitosa, oblique vaginantia, ensifolia, duriuscula, caulina pauca, minora. Spica racemosa, locis humidioribus subovata, densior, siccioribus magis elongata, cylindrica et interrupta. Flores parvi, lutei, brevissime pedicellati. Caps. 3, virides.

In M. Crenzaci laterè, quod *Bettiken* spectat Inter *Altschwylter* et *Neuwylter* in pinastretulo. In sylva inter *Binningen* et *Bottmingen*. In montanis pagi superioris passim frequens, v. gr. in M. *Wasserfall*. Circa *Ramstein*. In M. *Dietsberg* ascendendo ex pago *Diegten*.

TRIGLOCHIN. *Perigonium* 6 - phyllum; *foliola* 3 superiora cum inferioribus alternantia; decidua. *Stylus* 0. *Caps.* basi dehiscens.

1) *palustre*; capsulis trilocularibus lævibus sublinearibus, basi attenuatis. W. H. 1308. \* *Gr.*

*junceum spicatum* s. *Triglochin*. C. B. P. 6. Th. 80. 81. c. ic. Cat. 8. Sturm. I. 13. Schk. t. 202. Leers. t. 12. f. 5.

Rad. fibrosa, collo incrassata. Scapus spithamæus, statu fructifero longior. Folia radicalia graminea, angustissima, vaginantia, canaliculata. Flores longe spicato-racemosi, exigui, ex viridi rubelli, breviter pedicellati. Stigm. plumosa. Capsulæ cauli appressæ.

In pratis udis Michelfeldæ C. B. ubi nuperrime vidi. Muteti et retro arcem *Münchenstein*. Inter *dem Neubad* et *Altschwylter*. In M. *Wasserfall*, *Dietsberg*, *Belchen* etc. in pascuis humidis. Augusto. 24.

COLCHICUM. *Spatha*. Cor. limbo campanulato 6-partito, tubo longissimo radicato. *Caps.* 3 connexæ, inflatæ, polyspermæ.

1) *autumnale*; foliis planis lanceolatis erectis. L. H. 1255. C. *commune*. C. B. P. 67. Cat. 20. Sturm. I. 3. Schk. t. 101. Nostr. *Kühpuppen*.

β. C. *vernum helveticum*. P. 69. C. β. *vernum* SCHRANK. SUT.

Bulbus ovatus. Flores aphylli, radicales, liliacei, magni, tubo longissimo; subsequente vere apparent folia, plerumque terna, inter quæ conspiciuntur capsulæ ovatæ, magnæ. Raro apud nos, sæpius tamen in Helvetiâ calidiori vere floret, ante

folioſum eruptionem ; hinc var.  $\beta$ ., cui folia ſunt anguſtiora.

In pratis ubique exeunte æſtate. 24.

VERATRUM. *Cal.* o. *Cor.* 6-petala, eglandulosa. *Caps.* 3 polyspermæ. In flore masculo pistilli rudimentum.

1) *Lobelianum* ; racemo composito, bracteis flores subæquantibus, petalis denticulatis patentibus, pedicellum superantibus. BERNHARDI in Diar. Schrad. an. 1803. \* *Helleb. albus flore subviridi.* C.B.P. 186. c. *V. albo.* V. album L. spec. ed. 2. p. 1479. *Helleb. alb. fl. subviridi.* Lob. stirp. p. 168.

Rad. tuberosa, multifibrosa. Caulis simplex, 3—4', subpubescens. Folia magna, ovato-lanceolata, firma, nervis et plicis parallelis insignia, subtus pube brevi obducta. Flores racemosi, numerosi, parvi, dilute virides, super. sæpe sessiles. Bracteæ infer. flore longiores.

(*V. album* W. sive HALL. 1204., potius alpinum, differt caule foliisque magis pubescentibus, racemo terminali bracteisque brevioribus, floribus omnibus pedicellatis, petalis magis patentibus albidis, extus virentibus.)

Prope Brundrutum L a c h. Jun. — Aug. 24.

---

## P O L Y G Y N I A.

**ALISMA.** *Cal.* 3 - phyllus. *Petala* 3. *Capsulæ* plures aggregatæ, 1 - spermæ.

1) *Plantago*; foliis ovatis acutis, capsulis obtuse trigonis. L. H. 1184. \* *Pl. aquat. latifolia*. C. B. P. 190. *Cat.* 56. Schk. t. 102. F. D. 561.

*β.* \* *P. aquat. angustifol.* *P. et Cat.* l. c. *Alisma lanceolatum* FL. ERLANG. Barrel. ic. t. 1157.

*γ.* Foliis cordatis, *A. parnassifolium* L. *A. dubia* W. Prodr.

Rad. crassa, carnosæ. Caulis  $1\frac{1}{2}$  — 3', obsolete 3-gonus. Folia radicalia in orbem sparsa, longe petiolata, ovata vel in *β.* lanceolata; in *γ.* latiora, breviora, obtusa, 7 — 9 - nervia, basi cordata. Stipulæ 3 sub ramorum verticillo. Panicula pyramidalis, verticillato-decomposita. Petala albida vel rosea.

In paludibus, stagnis, fossis aquaticis. *γ.* semel inveni in stagnis Birsæ prope *Münchenstein*. (Num *A. parnassifolium* Dei. diversum?) Jun. — Aug. 24.



2) *natans*; foliis (natantibus) ellipticis obtusis (submersis linearibus), pedunculis solitariis, capsulis striatis. SM. Vaill. act. par. p. 1719. t. 4. f. 8. F. D. 1573.

Herba natans. Caulis palmaris, pedalis, inferne radicans. Folia *emersa* natantia, longe petiolata, *immersa* graminea, sessilia. Pedunculi pauci, axillares et terminales. Flores albi.

Prope *Newez* retro *Eürglen* et supra *Nonmatrecher* Cl. Zeiberus.

(Hanc b. Lachenalius plantam, cujus folia sola legit circa *Montibelgardum*, divo Hallero pro *Vallisneria* primum annuntiaverat. Cf. Hall. Hist. Add. p. 189.)

---

## H E P T A N D R I A.

---

AESCLUSUS. *Cal.* 1-phyllus, ventricosus. *Cor.* 4 – 5-petala, inæqualis, pubescens, calyci inserta. *Caps.* 3-locul. 3-valvis, coriacea, aculeata.

1) *Hippocastanum*; foliis digitatis septenis, cor. pentapetalis patulis. W. H. 1029. \*\*\*† *Castanea folio multifido*. C. B. P. 419. Schk. t. 104.

Racemi pyramidati, terminales, erecti, floribus pulcris albis, flavo rubelloque mixtis; superioribus sæpe sterilibus. Petalum infimum quandoque deest. Capsula grandis, echinata, semen magnum fuscum fovens.

Arbor speciosa, ex Asia septentrionali a. 1550 primum Viennam translata, ambulacris atque plateis nunc ubique familiaris, in nemoribus passim ceu spontanea provenit. Apr. Majo. †.

---

## OCTANDRIA.

## MONOGYNIA.

OENOTHERA. *Cal.* tubulosus, 4-fidus, laciniis deflexis deciduis. *Petala* 4, calyci inserta. *Caps.* cylindrica, infera, 4-locularis, 4-valvis. *Semina* nuda. (Pollen viscosum.)

1) *biennis*; foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato-villoso, staminibus corolla brevioribus. W. H. 994. \* *Lysimachia lutea corniculata*. C. B. P. 245. app. 516. \* *c. descript.* Onagra biennis Scop. Sturm. I. 15. F. D. 416.

Rad. fusiformis, esculenta. Caulis 1—4', foliosus, erectus, ramosus. Flores axill. solitarii, pedunculati, speciosi, sulfurei. Petala unguibus et staminibus adnata. Germ. sessile pubescens, pedunculum imitans.

Stirps anno 1614 e Virginia in Europam transmigrata et a C. Bauh. ex seminibus 1619 in horto culta, civis hodie vulgaris reperitur; v. gr. in arenosis ad Wiesam, Birsam; in nemoribus ad fossas humidam atque rivulos. Jun. - Aug. ♂.

**EPILOBIUM.** *Cal.* tubulosus, 4-fidus. *Peta-* tala 4. *Caps.* oblonga, 4-locul. infera. *Sem.* pappo coronata. (Pollen non viscosum.)

\*Floribus irregularibus, staminibus declinatis.

1) *angustifolium*; caule simplici, foliis sparsis lanceolatis integerrimis, subtus transversim venosis, racemis terminalibus elongatis, petalis inæqualibus... H. 1000. *Lysimachia Chamænerion dicta latifolia.* C. B. P. 245. Cat. 71. (Non varietas, ut volunt alii.) *E. spicatum* LAM. *E. Gesneri* ALL. Schk. t. 106. F. D. 289. J. B. H. II. p. 907. f. 1.

Rad. stolonifera, stolonibus esculentis. Caulis 3 — 4', foliosus, superne sæpe ramosus. Folia glabra, subtus glaucescentia. Racemus speciosus, pyramidalis, apice cernuo. Bractææ ad pedicellorum basin. Cor. amœne purpurea. Calyx 4-fidus, laciniis linearibus coloratis pubescentibus. Petala duo inferiora horizontaliter opposita.

In sylvis, præsertim cæduis, et dumetis hinc inde abundat. Junio - Aug. 2½.

2) *rosmarinifolium* HAENKE; caule ramosissimo, foliis infer. confertis, super. sparsis, linearibus, obsolete denticulatis aveniis, racemis terminalibus paniculatis laxis, petalis subæqualibus... H. 1001. † *Lysimachia Chamænerion dicta angustifolia*. C. B. P. 245. Cat. 71. (Huc certe, etiam teste loco natali.) E. angustifolium  $\gamma$ . L. Spec. E. angustissimum AIR. Waldst. et Kit. t. 76. J. B. H. II. 907. f. 3.

$\beta$ . Minus. † *Lysimachia Chamæner. dicta alpina*. C. B. P. 245. Prodr. p. 116. E. Dodonæi VILL.

Differt a præcedenti: Caule humiliori subflexuoso, superne valde ramoso, foliis linearibus, vix 2 lineas latis, sæpe fasciculatis, illis in *Rosmarino* satis similibus, bractea majore, a pedunculorum basi linea circiter remota, et racemis rarioribus, simplicioribus, brevioribus, caulem ramosque terminantibus. Var.  $\beta$ . ab  $\alpha$ . statura recedit depressiore et floribus rarioribus, in asperis alpium potius montiumque altiorum obvia. In hac bractea basi propior est. (An species? Cf. M. a B. Suppl. p. 283.)

Ad Rhenum, Wiesam, Birsam. *Auf dem Crenzacherhorn* prope Iapidinam et in vineis Crenzacensibus. Circa *Riechen*. In nemore Wylensi. Circa *Cliben*, parvam Hüningam.

\* \* Floribus regularibus, stam. erectis, petalis bifidis.

3) *grandiflorum*; foliis oppositis alternisque subamplexicaulibus, ovato-lanceolatis serratis glabriusculis, venis (marginibusque) hirsutis, caule ramosissimo hirsuto. W. H. 995. *Lysimachia siliquosa hirsuta magno flore*. C. B. P. 245. Cat. 70. E. hirsutum L. E. grandiflorum ALL. E. aquaticum THUILL. F. D. 326. Fuchs. Hist. 491. ic.

Rad. repens. Caulis 2 — 4', villosus, ramosus, paniculatus. Flores magni, solitarii, purpurei, petalis æqualibus, profunde emarginatis. Stigma 4-fidum, lobis revolutis.

Ad fossas, ripas inque nemoribus humidis copiose. Jul. Aug. 24.

4) *parviflorum*; foliis oppositis alternisque subsessilibus, (ovato-) lanceolatis denticulatis, utrinque (molliter) pubescentibus, caule simplici villosa. W. H. 995.  $\beta$ . *Lysimach. siliquosa hirs. parvo flore*. C. B. P. 245. Prodr. p. 116. *major*. Cat. 71. E. hirsutum  $\beta$ . L. E. pubescens ROTH. E. molle DEC. F. D. 347.

$\beta$ . Incanum. *Lysim. siliq. hirs. parvo flore minor*. Prodr. l. c.

Rad. fibrosa. Caulis 1 — 2½', superne ramosus vel simplex. Folia biserrulata subsessilia.

Flores quam in priori plus duplo minores, pallidiores.  $\beta$ . humilior, vix pedalis, caule magis incano-villoso et foliis angustioribus, subtus densius pubescentibus.

In humidis umbrosis et sylvis cæduis frequens.  $\beta$ . ad rivulos exsiccatos pascuorum editiorum. Jul. - Sept. 24.

5) *montanum*; caule subsimplici leviter pubescente, foliis suboppositis ovatis acutis, inæqualiter serrato-dentatis glabris subsessilibus, racemo terminali folioso, capsulis obtusangulis longissimis. . . H. 996. *Lysimach. siliquosa glabra major*. C. B. P. 245. Cat. 71. Lob. ic. I. p. 343. f. 1.

$\beta$ . Foliis ternatis. H. 996. II. Bocc. Mus. p. 22. t. 5.

Rad. subrepens. Caulis 2', strictus, teres, subglaber, rubellus, ramosus. Folia caulina opposita, ramorum alterna. Flores alterni, parvi, axillares, pedunculati, bracteati, pallide rosei. Stigma profunde 4-fidum, pubescens.

Locis humidis et siccioribus. In montium dumetis, ad sylvarum margines, in murorum antiquorum rimis. Jul. Aug. 24.

6) *roseum*; foliis oppositis alternisque ovato-lanceolatis petiolatis (inæqualiter) serratis, (supra)

glabris (stigmatate indiviso). SCHREBER. H. 996.  $\beta$ .  
E. montanum  $\gamma$ . W. Sp. F. D. 922.

$\beta$ . Foliis ternatis. Epilob. trigonum SCHRANK.

A priori diversum: Caule inferne glabro angulato, superne tereti pubescente, foliis breviter petiolatis, linea tenera utrinque per petiolum in caulem decurrentibus, supra glabris, subtus ad nervos pubescentibus, floribus minoribus carneis vel albidis et stigmatate clavato indiviso. Inter prius et proximum intermedium videtur, huic tamen quam illo magis affine.

Ad fossas et sepes regionum montosarum. Etiam in planitie; v. gr. prope *Mühlheim*, *Sackingen* Cl. F. Nees. Jun. Jul. 24.

7) *tetragonum*; foliis lanceolatis denticulatis, imis oppositis (caule ramoso tetragono, stigmatate indiviso). H. 997. † *Lysim. siliquosa glabra minor*. C. B. P. 245. Cat. 71. F. D. 1029.

$\beta$ . Foliis in caulem decurrentibus. E. obscurum SCHREB.

Rad. fibrosa. Caulis 1 — 1½', sub4-gonus, inferne rubescens, glaber, (ad angulos modo leviter pubescens) superne teretiusculus, glanduloso-pubescent. Folia breviter petiolata, undique glabra, angusta, inæqualiter dentato-serrata. Flores longius pedunculati, parvi, axillares et



terminales, racemosi, pallide purpurei. Stigma capitatum, primum integrum, deinde sub 4. fidum. Variat rarissime flor. albis.

In saxosis humidis passim; v. gr. prope *Olsberg*, circa *Wallenburg* et *Langenbruck*. Julio. Aug. 24.

8) *palustre*; caule tereti (sub)glabro erecto, foliis suboppositis sessilibus, lineari-lanceolatis integris, stigmatе indiviso... H. 9. 8. *Lysim. siliquosa glabra angustifolia*. C. B. P. 245. F. D. 1574. Tabern. p. 1238. ic.

Caulis 1'. Racemus terminalis foliosus. Flores parvi, pedunculati, pallide purpurei; stigma lineare indivisum.

In paludosis sylvæ retro *Neubaus* et *Friedlingen*. Im *Weiberfeld*. Julio. Aug. 24.

CHLORA. Cal. 8-phyllus. Cor. 1-petala, hypocrateriformis, 8-fida. Caps. 1-locul. bivalvis polysperma.

1) *perfoliata*; foliis perfoliatis. L. H. 649.  
\* *Centaurium luteum perfoliatum* C. B. P. 278. *Cat.* 82. *Gentiana perfoliata* ROTH. Röm. Fl. E. f. 2. Schk. t. 106.

β. C. l. p. non ramosum s. *Centaurium luteum alterum*. P. l. c.

γ. Foliis ternis.

Planta glauca, glaberrima. Caulis  $\frac{1}{2}$ —1', superne di-trichotomus vel simplex. Folia remota, opposita, ovata, acuta, integerrima, basi (infinis exceptis) connata. Flores pedunculati, solitarii, lutei, stigmatè miniato.

In pratis udis Michelfeld. C. B. et Lach. Supra *Grelingen* prope *Rodris* nuper. Majo. Junio. ☉.

VACCINIUM. *Cal.* superus. *Cor.* 1-petala campanulata, 4—5-fida. *Stam.* receptaculo inserta. *Antherae* bicornes, aristatæ. *Bacca* globosa, umbilicata, 4—5-locularis.

\* Foliis deciduis.

1) *Myrtillus*; pedunculis 1-floris, foliis ovatis serratis deciduis, caule angulato. L. H. 1020.  
\* *Vitis Idæa foliis oblongis crenatis fructu nigricante.* C. B. P. 470. Schk. t. 107. a. F. D. 974. Lob. ic. II. t. 109. f. 1.

Fruticulus ramosissimus. Rami tortuosi angulati. Folia supra læte viridia, subtus pallida. Flores axillares, cernui, corolla globosa, pallide carnea. Bacca acidula, esculenta, obscure cœrulea.

Var. *stam.* 6—10.

Prope *Istein* et *Röteln* aliisque regionibus montanis Badensium. In sylvis cæduis atque nemorosis montium altiorum pagi nostri passim frequens. Majo. Junio. †.

2) *uliginosum*; pedunculis 1-floris, foliis obovatis integerrimis glabris, ramis teretibus. SM. H. 1021. \* *Vitis Idæa foliis subrotundis exalbidis*. C. B. P. 470. Sturm. I. 12. F. D. 231. Clus. I. p. 62. ic. 1.

Fruticulus priori altior, suberectus. Rami teretes. Folia glaberrima, obtusa, subtus venosa, glauca. Flores in summitate congesti, nutantes, dilute carnei. Baccæ magnæ, nigræ, rore cæsi obductæ.

In M. *Belchen* Bad. In paludibus circa *Bellelay*. Majo. Junio. †.

\* \* Foliis sempervirentibus.

3) *Vitis idæa*; racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis (margine) revolutis denticulatis, subtus punctatis. SM. H. 1022. \* *Vitis Idæa foliis subrotundis non crenatis baccis rubris*. C. B. P. 470. F. D. t. 40. Schk. t. 7.

Fruticulus fere herbaceus. Rami angulati. Folia glaberrima, firma, subtus pallidiora punctata. Flores dense racemosi, albo-carnei, cernui. Baccæ rubræ, amaricantes.

Var. floribus 10-andris.

In M. *Wasserfall*. J. Hag. et Hall. In M. *Belchen* Bad. Circa *Bellelay*. Majo. Junio. †.

4) *oxycoccus*; foliis ovatis integerrimis revolutis acutis, caulibus repentibus filiformibus glabris. SM. H. 1023. \* *Vitis Idæa palustris* C. B. P. 471. *Oxycoccus palustris* PERSOON. Schollera *oxycocca* ROTH. F.D. 80. Schk. t. 107. Cordi. p. 140. b. (ic. bona.)

Fruticulus minimus, tenerrimus, prostratus, repens. Folia parva, sursum directa, glaberrima, subtus glauca. Flores pauci, terminales, longe pedunculati, cernui. Cor. amœne rosea, 4-fida, laciniis longis reflexis. Stam. exserta, antheris flavis. Bacca pisiformis, atro-purpurea, sæpe e cinereo variegata, rorida, peracida.

In M. Becken Bad. Circa Bellelay. †.

ERICA. Cal. 4-phyllus. Cor. 4-fida. Filamenta receptaculo inserta. Antherae 2-fidæ. Caps. 4-locul. ad latera loculorum dehiscens.

Calyce duplici. (CALLUNA PERSOON.)

1) *vulgaris*; foliis bifariam oppositis triquetris sagittatis, floribus racemosis secundis, corolla campanulata, antheris aristatis inclusis, stylo exserto... H. 1012. \* *Erica vulgaris glabra*: C. B. P. 485. Cat. 113. *Calluna vulgaris* PERS. *Calluna Erica* DEC. Sturm. I. 1. Schk. t. 107.

β. flore albo. P. et Cat. l. c.

γ. Foliis patulis ciliatis. E. ciliaris HUDS.  
E. vulgaris. β. SM.

Fruticulus 1—4'. Rami virgati. Folia exigua, basi soluta, glabra, 4-fariam imbricata. Flores nitidi, spicato-racemosi, cernui. Calyx interior major, aridus, coloratus, corollam carneam, purpuream vel rarius albam minorem amplectens. In γ. folia subsquarroso-potentia, subtilissime ciliata; cæterum non diversa.

In pascuis sterilibus campestribus et ad sylvarum margines sabulosos. γ. in sylva prope St. Apollinarem (vulgo *Eллерonis*) Lach.

DAPHNE. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida, infundibuliformis, *stamina* includens *Drupa* 1-sperma.

1) *Mezereum*; floribus supra medium ramī aggregatis sessilibus subternis, foliis lanceolatis, post flores evolutis, deciduis... H. 1024. *Laurcola folio deciduo flore purpureo*; *officinis Laureola femina*. C. B. P. 462. Cat. 110. Sturm. I. 8. Schk. t. 107. Gessn. op. bot. cura Schmiedel. Tab. III. n°. 10. c. col. viv. Nostr. *Ziland*.

β. fl. albo. C. B. P. l. c.

Frutex, 2—5'. Cortex acerrimus. Folia suprema fasciculata. Flores ante foliorum eruptionem

conspicui, odorati, rosei, raro albi. Drupæ carnosæ, ellipticæ, coccineæ.

In sylvis fere ubique. Febr. Mart. †.

2) *Laureola*; floribus axillaribus pedicellatis, (sub)quinis, foliis (obovato-) lanceolatis, glabris perennantibus. DEC. II. 1025. *Laureola sempervirens flore viridi, quibusdam Laur. mas. C. B. P. 462. Cat. 110. Jacq. a. t. 183. Blackw. t. 62. Gessn. l. c. Tab. VI. n°. 9. A. c. col. viv. (opt.)*

Fruticulus. Caulis 1—2', simplex vel parum ramosus, cortice laxo. Folia saturate vel sæpius pallide viridia, laurina, splendentia, simul cum floribus erumpentia, in summo caule congesta. Flores luteo-virides inodori. Drupa ovalis, nigra, acerrima.

In M. Muteto, Dornach. Circa Schauenburg, Gemfen, Aslesheim, Münchenstein etc. et in omnibus sylvis montanis Juræ tractus. Aprili. †.

3) *Cneorum*; floribus fasciculatis terminalibus (sub)sessilibus, foliis (lineari-) lanceolatis nudis mucronatis. L. II. 1027. † *Thymelææ affinis facie externa. C. B. P. 463. Thymelæa Cneorum ALL. Jacq. a. t. 426. Poll. pal. t. 1. f. 4. Rusticis nostr. Fluhnägeli, Steinnägeli.*

Fruticulus  $\frac{1}{2}$ —1'. Truncus subdichotomo-ramosus, inferne cicatricosus, decumbens, sæpius in

saxorum rimas sese insinuans. Folia alterna, superne magis congesta, firma, splendentia, ante flores erumpentia, subtus pallidiora, nervo insigni distincta. Flores in ramorum apice 5—12, umbellato-congesti, suaveolentes, amœne purpurei, extus cinereo-pubescentes. Drupa ovata, exsucca, demum fusca.

In dumetis saxosis infra arcem *Wibwald*, ad dextram viæ ex prædio ejusdem nominis in pagum *Epringen* ducentis, nec alibi in regione nostra. Majo. †.

STELLERA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida. *Stam.* brevissima. *Nux* rostrata.

1) *passerina*; foliis alternis lineari-lanceolatis patentibus acutis integerrimis, floribus axillaribus sessilibus 4-fidis. . . H. 1028. \* *Lithospermum Linariæ folio germanicum*. C. B. P. 259. *Cat.* 76. *Jacq. ic. rar.* t. 68. *Schk.* t. 107. *Gouan. Monsp.* t. 3.

Caulis  $\frac{1}{2}$ —1', simplex vel virgato-ramosus, strictus. Folia crassiuscula. Flores solitarii vel 2—3 aggregati, bracteis 2 foliaceis suffulti. Cor. ventricosa, parva, plerumque clausa, intus flava glabra, extus albida villosa. *Nux* ovata, corollam æquans.

Inter stipulas circa urbem; v. gr. prope *Gundeldingen*, supra *Bruderholz*, versus *Münzenz*, *Münchenstein* etc. Prope

*Olsberg*. Etiam in agris pagi superioris; v. gr. supra *Läufel-  
fingen* versus *der Wolten*. Julio-Sept. ☉.

ACER. Flores polygami. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Samaræ* 2 basi unitæ, 1—2-spermae, alatae.

1) *Pseudo-Platanus*; foliis 5-lobis, inæqualiter serratis obtusiusculis, racemis pendulis subto-mentosis. DUHAM. H. 1029. \*\*\*\* (\* *Acer montanum candidum*. C. B. P. 430. *Cat.* 108. F. D. 1575. Kerner, t. 18. Gessn. l. c. Tab. XIX. f. 163. ære incis. (optime)

Arbor excelsa, longæva, cortice lævi cinereo. Folia subtus glauca, juniora pubescenti-villosa; lobus intermedius reliquis longior. Racemi axillares multiflori, floribus ex luteo-viridibus. Samaræ subvillosæ alis patentibus.

In sylvis montanis satis occurrit. Apr. Majo, foliis jam eruptis. †).

2) *Platanoides*; foliis 5-lobis acuminatis, acute dentatis glabris, floribus corymbosis, (primum) erectiusculis glabris. DUHAM. H. \*\*\*\* (\* *Acer mont. tenuissimis et acutissimis foliis*. C. B. P. 431. Schk. t. 351. Kerner, t. 17. Gessn. l. c. Tab. VII. n°. 17. c. viv. col.

Differt a priori altitudine minori, foliis majoribus lævibus, basi truncatis, lobis majoribus



acuminatis, argute dentatis, floribus majoribus pallide luteis alisque samaræ divergentibus.

Priori paulo minus frequens; circa *Mutenz.*, *Schauenburg*, *Gempen*, *Mönchenstein* etc. etc. Apr. Majo, ante foliorum eruptionem. †.

3) *campestre*; foliis 5-lobis obtusis glabris, (integerrimis) racemis erectis, cortice suberoso ramoso. *PERSOON.* H. 1029. \*\*\*\*\* (\**Acer campestre et minus.* *C. B. P.* 431. *Cat.* 108. *Kerner.* t. 19. *Gessn.* l. c. *Tab.* IX. n°. 19. c. col. viv. *J. B. H. I.* *Pars.* II. p. 166. ic.

Arbor et frutex. Petioli rubri. Flores virescentes, pedunculis calycibus petalisque pubescentibus. Samaræ rubicundæ, alis divaricatis.

In sylvis, dumetis, ad sepes. Apr. Majo, foliis jam eruptis. †.

(*A. monspessulanum* ad Rheni inferioris litora nascens, inani hactenus labore apud nos quæsitum est.)

---

## D I G Y N I A.

MÖHRINGIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* 1-locul. 4-valvis.

1) *muscosa*; foliis linearibus planis, longitudine internodiorum. *W. En.* H. 860. \**Alsine*

*montana capillaceo folio. C. B. P. 251. et \* Alsine tenuifolia muscosa. P. l. c. Jacq. a. 449. (opt.) Scheuchz. alp. p. 508. f. 6. (male) Schk. t. 108. (melius)*

Glaberrima. Caules 4—8'', filiformes, debiles, ramosissimi. Folia setacea, molliuscula, opposita connata. Pedunculi axillares, capillacei, longi, 1-flori. Flores parviusculi, calyce una cum petalis lanceolatis niveis patentissimo.

Prope *Flieden* C. B. Retro *Gundeldingen* in muris exterioris villæ *Lach*. In M. *Dornaco*. Supra *Schartenfluh*; ad ruinas arcis *Schauenburg* et ad rupes abruptas montis. Abunde prope *Reigoldswyl*, casam ibi rusticam late investiens. In montium altiorum rimis saxosis umbrosis humidis et ad scaturigines frequens. Julio. Aug. ☉.

CHRYSOSPLENIUM. *Cal.* 4—5-fidus coloratus. *Cor.* o. *Caps.* 2-rostris, 1-ocularis, polysperma.

1) *alternifolium*; foliis alternis reniformibus incis, caule subtriquetro... H. 1548. \* *Saxifraga rotundifolia aurea. C. B. P. 309. Cal. 88. Sturm. I. 12. Schk. t. 108. (J. B. in H. III. 707. cum altera specie confundit, sed icon huc pertinet.)*

Caulis digitalis, palmaris. Folia succulenta, radicalia petiolata, in orbem digesta. Corymbus terminalis, foliis quasi insidens. Flores aggregati, aurei.

Flos primordialis 5-fidus decandrus, reliqui 4-fidi octandri.

In umbrosis humidis montium hinc inde. Copiose in prato montoso prope *Mutenz* retro *Baselgass* ad marginem sylvæ juxta rivulum; sub villa *Asp*. In dumetis humidis non longe a nova domu C. B. In *M. Dietisberg*. Aprili. Majo. 24.

2) *oppositifolium*; foliis oppositis reniformibus incisissimis, caule sub4-gono. . . H. 1549. (In B. Hb. promiscue cum priori.) Sturm. I. 4. Tabern. 1224.

Priori minor, floribus paucioribus minoribus.

Rarius. Passim in montanis Juræ; v. gr. circa *Neuenbrunnen*, in valle *Delemontii*. Porro supra *Mühlhusiam* versus *M. Ballon*. In *M. Belchen*, *Blauen Bad*. Majo. Junio. 24.

---

## T R I G Y N I A.

---

POLYGONUM. *Perigonium* 5-partitum corollaceum. Sem. 1. angulatum, corolla tectum. (Numerus *Stam.* inconstans, 5—9.)

\* *BISTORTAE*: spica unica cylindrica.

1) *Bistorta*; caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis undulatis, (radicalibus) in petiolum

decurrentibus. SM. H. 1559. Blackw. t. 254. F. D. 421.

*α. \* Bist. major radice minus intorta. C. B. P. 192. Cat. 57. Lob. ic. t. 292. f. 2.*

*β. \* Bist. maj. rad. magis intorta. P. l. c. Moris. II. 585. S. 5. T. 28. f. 2.*

Rad. crassa, repens, plus minus tortuosa, intus rubicunda, adstringens. Caulis 1—3', articulatus, simplex. Stipulæ laxæ, fuscæ. Folia subtus glauca, radicalia magna, basi subcordata, in petiolum decurrentia, caulina amplexicaulia, vaginantia. Spica densa, cylindrica, obtusa, carnea.

In pratis udis præsertim montanis. Majo-Julio. 4.

\*\* PERSICARIA: pistillo 2-fido aut staminibus minus 8.

2) *amphibian*; floribus hexandris semidigynis, spica ovata, stipulis margine laceris, foliis sublanceolatis. WAHLENB. Carp. H. 1565. \* *Potamogeton salicis folio. C. B. P. 193.*

*α. aquaticum s. natans*; foliis cordato-ellipticis glabrisusculis. H. 1565. *α. F. D. 282.*

*β. terrestre*; caule erecto, foliis lanceolato-acuminatis pilosis. H. 1565. *β. TREW Commerc. Lit. Norimb. 1737. t. 5. f. 1. 2. Moris. S. V. T. 29. f. 2. sub Potamog. salicis folio.*

In  $\alpha$ . radix fibrosa, in  $\beta$ . repens. Caulis crassus, geniculatus, radicans. Stipulæ tubulosæ. Folia in  $\alpha$ . firma, natantia, subtus aspera, glauca, in  $\beta$ . minus crassa, longiora. Spica solitaria, rubella, in  $\alpha$ . magis ovata, in  $\beta$ . cylindrica. In  $\alpha$ . stamina perigonio breviora, in  $\beta$ . longiora.

In palustribus circa *Hiltelingen*. Prope *Säckingen*. In piscinis prope *Crenzach*, *Mutenz*, *Altschwyl*, *Brezwyl* etc.  $\beta$ . in agris et vineis, ubi post inundationes aquæ diu stagnaverant; rarius. Julio-Sept. 24.

3) *Lapathifolium*; floribus hexandris digynis, spicis brevibus obtusis demum nutantibus, stipulis muticis, pedunculis glanduloso-scabris, floribus 5-andris digynis, seminibus utrinque depressis... *P. pensylvanicum* CURTIS. *Hydropiper* Lob. ic. I. p. 315. f. 4.

$\beta$ . *nodosum*; caule rubro maculato, floribus rubellis. *P. nodosum* PERSON. *P. lapathifol.*  $\beta$ . GMEL. *P. pensylvanici* var. CURTIS.

Folia subtus sæpe cinereo-pubescentia, ingratum odorem spargentia. Caulis 2-4', crassus, geniculis valde incrassatis, (præsertim in  $\beta$ .) petiolis pedunculis et foliorum nervis scabris. Flores in  $\alpha$ . ex virescenti-albi. Stipulis arctis, muticis (non ciliatis) a sequenti potissimum differt.

In fossis juxta vias frequens; v. gr. ante portam Spaleam. Julio. Aug. ☉.

4) *Persicaria*; floribus 6-andris digynis, spicis ovato-oblongis, (erectis) petalis subtrinerviis, foliis lanceolatis glabris (margine ciliato-hispidulis), stipulis abbreviatis laceris (ciliatis). WAHL. Carp. II. 1557. \* *P. mitis maculosa*. C. B. P. 101. Cat. 29 et non maculosa. Ibid. F. D. 702.

Differt a præced. statura demissiore, stipulis longe setoso-ciliatis; a *P. Hydrop.* spica densiore crassiore, ut plurimum rubella, et sapore miti. Folia sæpe macula nigricante semilunari notantur.

Ad fossas humidas ubique. Julio-Oct. ☉.

5) *incanum*; floribus 6-andris digynis, spicis oblongis, petalis subnerviis, foliis oblongo-lanceolatis subtus pubescentibus, ochreis (stipulis) abbreviatis laceris ciliatis. W. En. II. 1556. *P. turgidum* THUILL. *P. tomentosum* SCHRANK. Fl. Bav. t. 3.

A priori, cujus forean nonnisi varietas, recedit foliis subtus plus minus albedo-pubescentibus, stipulis submuticis, caule adscendente, floribus magis interruptis sæpe spurco-albidis et perigonio sub4-fido.

Rud. Stæhelinus ad Wiesam. Ad fossas haud frequens. Julio-Oct. ☉.

6) *Hydropiper*; floribus 5-6-andris semidigynis, spicis filiformibus nutantibus, foliis lanceolatis undulatis immaculatis, stipulis setosociliatis, caule erecto... H. 1554. \* *Persicaria urens* s. *Hydropiper*. C. B. P. 101. Cat. 29. F. D. 1576. Schk. t. 108.

β. flore albo. C. B. l. c. pro. var.

Caulis 1 — 2', rubescens, geniculis tumidis. Stipulæ amplæ. Folia margine antrorsum hispidula. Spicæ interruptæ, laxæ, lineares. Flores sub 4-fidi, basi virides, apice rosei vel albidii, sub lente punctis innumeris adpersi. Sapor foliorum urens.

Variat flosculis in eadem spica albis et roseis.

Ad fossas humidas, in paludibus frequens, Jul.-Sept. ☉.

7) *minus*; flor. hexandris submonogynis, spicis filiformibus erectiusculis, foliis lineari-lanceolatis planis, stipulis ciliatis, caule basi radicante... H. 1555. β. et γ. \* *Persicaria minor*. C. B. P. 101. *Phytop.* p. 157. *Cat.* 29. (statura palmari) et \* *P. angustifolia*. *Prodr.* p. 43. *Pin.* et *Cat.* l. c. (statura pedali) *P. persicaria* β. L. *Spec.* *P. angustifolium* ROTH, *P. pusillum* DEC. *P. intermedium* EHRH, *P. mite* SCHRANK. *P. strictum* ALL, *Ped.* t. 68. f. 2. *Lob. ic.* I. p. 316. f. 1. (ad var. parvam.)

Caulis quam in anteced. plerumque multo demissior, ascendens. Folia angustiora. Spicæ gracillimæ, erectæ, interruptæ. Flores parvi, rubelli, non punctati. Sapor mitis. Tota planta sæpe rubescit.

Locis humidis sabulosis, saxosis v gr. ad Rhenum, Wiesam, Birsecum etc. copiose Julio.-Oct ☉.

\* \* \* Floribus 8-andris.

8) *aviculare*; flor. octandris trigynis axillaribus, foliis elliptico-lanceolatis margine scabris, stipulis laceris ciliatis, caule subprocumbente. . . H. 1560. Sturm. I. 1.

α. \* *Polygonum brevi angustoque folio*. C. B. P. 281. Tabern. p. 1214. ic.

β. \* *P. oblongo angustoque folio*, l. c. Tabern. p. 1215. ic.

γ. \* *P. latifolium*. P. l. c. Cat. 82. et \* *P. saxatile*. P. l. c. Prodr. p. 131.

δ. *erectum*; P. erectum ROTH. P. Bellardi mult. (non ALL.)

Caules procumbentes, divaricato-ramosi, geniculati, striati, stipulæ scariosæ albidæ, basi fuscæ. Flores parvi, virides, solitarii vel plures aggregati, superne albo-scariosi, intus rubelli.

(In γ. folia majora, latiora. *P. saxatile* C. B. l. c. ex fide speciminis in Hb. non differt; pollen enim



albidum in foliorum dorso conspicuum, (cf. Gmel. Bad. II. p. 179.) pulveri subtili argillaceo debetur.)

In viis, plateis, glareosis, ruderatis tritissimum. γ. passim; v. gr. ad Birsecum. In petris arcis *Wallenbwg* C. B. A vere in autumnum usque. ☉.

\*\*\* HELXINAE: foliis subcordatis.

9) *Fagopyrum*; foliis cordato-sagittatis (alternis, imis oppositis, basi connatis subrotundis), caule erectiusculo inermi, seminum angulis æqualibus. L. H. 1563. *Erysimum Theophrasti folio hederacco*. C. B. P. 27. Cat. 18. \* *Fruentum sarracenicum*. Hb. Sturm. I. 18.

Stipulæ breves, virides, muticæ. Racemi pedunculati densi multiflori. Flores rosei vel albid.

Planta Asiæ borealis incola, pro usu alimentario scriitur in agris Wylensibus et Haltingensibus, ex quibus in agros et vineas circumjacentes evagari solet. Jul. Aug. ☉.

10) *Convolvulus*; foliis cordatis, caule volubili angulato, laciniis calycinis obtuse carinatis. Sm. H. 1561. \* *Convolv. minor semine triangulo*. C. B. P. 295. Cat. 86. F. D. 744. Dodon. 396. ic. bon.

Caulis scandens, scabriusculus. Stipulæ fuscae truncatæ. Racemi breves foliosi, pauciflori. Flores axillares nutantes, ex albedo et rubello

virides, perigonii laciniis tribus exterioribus obtuse carinatis persistentibus. Stylus apice trilobus.

Ad sepes, inter segetes. Jul. Aug. ☉.

11) *dumetorum*; foliis cordatis, caule volubili lævi, floribus carinato-alatis... H. 1562. F. D. 756. J. B. H. II. p. 158. ic.

A priori discernitur caule multo longiore, foliis minoribus, perigonii laciniis tribus exterioribus dorso membrana lata alba pellucida alatis.

In dumetis rarius. Jul. Aug. ☉.

---

## T E T R A G Y N I A.

---

PARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Pctala.* 4 angustiora. *Antherae* mediis filamentis adnatæ. *Bacca* 4-ocularis.

1) *quadrifolia*; foliis quaternis. L. H. 1006. \**Solanum quadrifolium bacciferum.* C. B. P. 167. *Cat.* 51. Sturm. I. 12. F. D. 139. Schk. t. 109. α.

Rad. repens, geniculata. Caulis erectus simplicissimus. Folia in summitate 4, verticillata.

patentia, sessilia, elliptica. Flos unicus terminalis inconspicuus, luteo-virescens. Bacca globosa, carnosa, nigra, dulciola. Var. foliis 3-5-6.

In sylvis montanis humidiusculis non rara. Maj.-Jul. 2.

ADOKA. *Cal.* 2-3-4-fidus, persistens. *Cor.* 4-5-fida, plana, decidua, supera. *Bacca* 1-locularis, 4-5-sperma, pulposa, calyci adnata.

2) *Moschatellina*; foliis biternatis, caulinis geminatis oppositis, flosculis in capitulum congestis... H. 1005. *Ranunculus nemorosus Muscatellina dictus*. C. B. P. 178. Cat. 53. F. D. t. 94. Röm. Fl. E. f. 10. Schk. t. 109. α.

Planta tenella, levissime moschum redolens. Caulis debilis,  $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$ '. Foliium radicale solitarium vel geminum longe petiolatum, caulina 2 opposita, brevius petiolata. Flosculi 5 in capitulum terminale solitarium dense congesti, sessiles, viridi-lutescentes, supremo 8-andro, lateralibus 5-vel 10-andris. Baccæ exiguæ, concolores.

Var. caulibus pluribus, flosculis 5-fidis 10-andris et flosculis 6, duobus terminalibus.

In dumetis ad novam domum et Wiesam. Ad dextram pontis Wiesæ in aggere; *beim andern Falle*. In nemore Wyfensi. Juxta sepes prope Mutenz, Riechen, Binningen. Versus

St. Jacobum ad sepes secus semitam supra *Gellert* ducentem. Præcipue occurrit ante urbem minorem. Mart.—Majo. 24.

ELATINE. *Cal.* 4-phyllus. *Petalia.* 4. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis, depressa, polysperma.

1) *Hydropiper*; foliis oppositis, floribus alternis. HOFFM. II. 858. Schk. t. 109. f. b. Vaill. par. t. 2. f. 2. F. D. t. 156.

β. Floribus triphyllis triandris trigynis. E. triandra Schk. l. cit. Vaill. t. 1. f. 1. Sturm. I. 3.

γ. Floribus triphyllis hexandris trigynis. E. hexandra DEC. E. *Hydropiper* SM. app.

Cauliculi 1—3'', diffusi, decumbentes, radicans, 1—3''. Flores axillares, alterni, solitarii, rosei vel albidi; β. et γ. vix specie differre videntur; nam plantæ aquaticæ partiam numero ludere amant.

Circa Mühlhusiam Hoferus. Jul. Aug. ☉.

2) *Alsinastrum*; foliis verticillatis. L. H. 857. (Bauh. syn. a LINN. et WILLD huc citatum, ad *Hippuridem* referendum.) Vaill. t. 1. f. 6.

Rad. repens. Caulis 1' erectus. Folia immersa subduodena, lineari-lanceolata, reflexa; emersa 4-terna, erecta, ovato-lanceolata, breviora. *Cor.* 4-petala, ex albidò virescens.

Loco supra citato. Idem. Jul. Aug. ☉. (24. Dec.)

# ENNEANDRIA.

---

## HEXAGYNIA.

---

**BUTOMUS.** *Involucrum* breve 3-phyllum. *Cal.* 0. *Petala.* 6, alterna majora. *Caps.* 6, polyspermæ.

1) *umbellatus*; L. H. 1186. \* *Juncus floridus major.* C. B. P. 12. *Cat.* 14. Sturm. I. 18. Schk. t. 111. F. D. 604.

Rad. horizontalis, tuberosa, fibrosa. Scapus erectus, 2—4'. Folia omnia radicalia, longa, ensiformia, triquetra. Flores multi, longe et inæqualiter pedunculati, umbellati, speciosi, albi, in medio rosei, inodori.

Michelfeldæ in fossis. Infra Mühlhusiam prope *Eisenheim.* Jun—Aug. 24.

---

# DECANDRIA,

---

## MONOGYNIA.

---

DICTAMNUS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala.* 5 inæqualia, patula. *Filam.* punctis glandulosis adpersa. *Caps.* 5 coalitæ.

1) *albus*; L.H. 1029... \* *Dictamnus albus vulgo, sive Fraxinella.* C. B. P. 222. Jacq. a. t. 428. Sturm. I. 6. Schk. t. 114. D. *Fraxinella* PERSOON.

Planta graveolens, pilis glanduliferis viscosis rubellis obsessa. Caulis  $1\frac{1}{2}$ —2', simplex. Folia pinnata, illis in *Fraxino* similia, sed firmiora. Flores petalis, quoad directionem, inæqualibus, speciosi, in racemum erectum dispositi, albidus, venis glandulisque purpureis ornati.

Lobelius in pago quodam trans Rhenum (*Merkt?*) altero fere a Basilea miliari prope rupes quasdam apricas maxima copia legit. Ita L a c h. Recentioribus ibi ignotus. Majo. Jun. 24.

MONOTROPA. *Cal.* 4-5-phyllus, foliolis coloratis, basi excavatis melliferis. *Petalata* 4-5, foliis calycinis alterna. *Caps.* ovata 5-valvis.

1) *Hypopithys*; floribus lateralibus octandris, terminali decandro. L. H. 1002. *Orobanche quæ Hypopithys dici potest.* C. B. P. 88. *Prodr.* p. 31. Sturm. I. 13. Schk, t. 116. F. D. t. 232.

Tota planta carnosâ, colore ligneo demum nigricante prædita, odorata. Scapus crassus, digitalis, palmaris, squamosus. Flores plerumque dense racemosi, primum cernui, corolla inæquali, decidua.

Ad arborum, præsertim pinorum, radices parasitica; in M. Crenzaco, Muteto; in pinastro infra *Hülftenschanz*. Circa D. Christianam. Prope *Olsberg*, *Fechhof*, *Neuwyl*, *Grellingen*. In montium editiorum sylvis passim. Jun. Jul. 4.

ANDROMEDA. *Cal* 5-partitus. *Cor.* ovata limbo 5-fido, reflexo. *Caps.* 5-locul. 5-valvis

1) *polifolia*; pedunculis aggregatis terminalibus, foliis alternis lanceolatis revolutis, subtus glaucis. SM. H. 1017. F. D. t. 54. Schk, t. 118. Linn. Lapp. t. 1. f. 3.

Fruticulus,  $\frac{1}{2}$ —1'. Folia dura, sempervirentia. Flores subglobosi, nutantes, carnei, calyce rubro. Antheræ biaristatæ.

In turfosis circa *Bellelay*. Jun. †.

ARBUTUS. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* ovata, limbo 5-fido revoluta, basi pellucida. *Bacca* 5-ocularis, 5-valvis.

1) *Uva ursi*; caulibus procumbentibus, foliis integerrimis (coriaceis), subtus venoso-reticulatis. HOFFM. H. 1018. \* *Vitis Idea foliis carnosis*. C. B. P. 470. Cat. 110. Sturm I. 6. F. D. t. 33. Clus. H. p. 63. (bene.)

Fruticulus humilis, 1—3', diffusus. Folia oblongo-obovata, sempervirentia. Racemi terminales recurvi. Flores campanulato-ovati, pallide carnei. Baccae pisiformes, rubræ, austeræ.

C. et J. B. in M. St. Christianæ adscendendo ex pago *Bettiken*. (In M. *Weissenstein* Cl. Nees.) Jun. †.

PYROLA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5. *Caps.* 5-ocularis, polysperma, angulis dehiscens. (Folia biennia.)

1) *rotundifolia*; (foliis ovali-subrotundis) staminibus adscendentibus, pistillo declinato, racemo multifloro (laciniis calycinis augustis acutis reflexis). SM. H. 1010. \* *Pyrola rotundifolia*



*major*. C. B. P. 191. Cat. 56. Schk. t 119. Sé-  
ringe Mus. helv. T. III. f. I. IV. Lob. ic. I.  
p. 294. f. 2.

Scapus  $\frac{1}{2}$ —1'. Folia petiolata, firma, splenden-  
tia, ovata, obsolete crenulata, basi sæpe sub-  
cordata, primum pallide viridia, dein brunnescentia.  
Racemus terminalis, laxis, fructiferus elon-  
gatus. Flores subnutantes, albi, bracteis pedunculo  
longioribus, stylo longe exserto incurvato de-  
clinato, germen superante, stigmatibus tuberculis  
5 parvis acutis obsesso.

In sylvis montanis, præcipue pagi superioris, satis abun-  
dat. Junio. Jul 24.

2) ? *Chlorantha* SWARTZ; racemo paucifloro  
laxo, bracteis angustis foliaceis, floribus flavo-  
virescentibus, laciniis calycinis foliaceis latis,  
acutis, adpressis, staminibus adscendentibus,  
stylo inclinato ovario longiori, glandulis stigmatibus  
parvi obtusis. SÉRINGE. P. virens FL. ERLANG.  
P. media HAYNE. Séringe Mus. helv. T. III.  
f. 1—4 Sturm I. 13. f. a. b. c. D. (pro *rotundifolia*.)

A priori, quacum lucusque commiscebatur, re-  
cedit: Foliis reniformibus vel orbiculatis, integris,  
rariter crenulatis, saturate viridibus, racemo pau-  
cifloro, floribus luteo-viridibus, bracteis pedi-  
cello brevioribus, segmentis calycinis breviori-  
bus latioribus acutis et stylo crassiore brevioribus.

(Speciem hancce, in vicino pago bernensi obviam, forsitan ob similitudinem cum priori neglectam, inter affines nostras latere, valde suspicor. Hinc eam apposuisse non piget.)

3) *minor*; racemo multifloro congesto, bracteis membranaceis, floribus albo-roseis, laciniis calycinis foliaceis obtusis brevibus adpressis, staminibus rectis, stylo recto ovario brevior, glandulis stigmatis acutiusculis. SÉRINGE. II. 1009. (In Bauh. hb. eidem chartæ fuit inclusa cum *rotundifolia*. t. LACH.) Sturm. I. 13. F. D. 55.

β. *intermedia*; caule longiore, foliis ovatis. P. *intermedia* SCHLEICHER.

γ. Foliis triplo majoribus.

Antecedentibus minor. Folia subrotunda, evidentius crenata. Racemus brevior densior. Flores minores, rubelli. Stylus brevissimus rectus.

In M. *Schauenburg*. Supra *Ramstein*. In M. *Vogelberg*, *Kallen*. Prope *Olsberg*. β. et γ. in M. *Dietisberg*. Jun. Jul. 24.

4) *secunda*; (foliis ovatis crenato-serratis,) racemo unilaterali (multifloro). L. H. 1008. \**Pyrola folio mucronato serrato*. C. B. P. 191. Cat. 57. Sturm. I. 13. Clus. CXVII. (ic. bon.)

Caulis adscendens. Folia subtus pallidiora, acuta. Racemus longus unilateralis, apice haud raro recurvus, floribus albidis cernuis, fere clausis, stylo exserto.

In sylvula prope *der neuen Welt*. In M. Crenzach, *Mönchenstein*, *Schauenburg* etc. et in nemorosis montium pagi superioris satis frequens. Majo. Jun. 24.

5) *uniflora*; (foliis orbiculatis) caule unifloro. L. H. 1011. \**P. rotundifolia minor*. C. B. P. 191. Schk. t. 119. F. D. 8. Clus. CXVIII, (ic. bon.)

Scapus digitalis. Folia in petiolum decurrentia, radicalia. Flos terminalis, solitarius, magnus, albus, cernuus, suaveolens, petalis ovatis, striatis, stylo exserto recto.

Rara. Prope *Olberg*. Jun. Jul. 24.

---

## D I G Y N I A.

---

SAXIFRAGA. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5 integra. *Caps.* 1-locul. birostrata, inter rostra dehiscens, polysperma.

1) *Aizoon*; foliis radicalibus aggregatis, cartilagineo-serratis, obovatis lingulatisve, caule superne subpaniculato; calycibus (sub)glabris. GAUD. H. 978. S. Cotyledon var. L.

α. Foliis brevioribus obovatis. Hall. l. c. β.  
\* *Cotyledon minor foliis subrotundis serratis.*

*C. B. P.* 285. *Prodr.* 133. *S. Cotyledon*  $\beta$ . et *Aizoon* *W. S.* *Aizoon* *SUT.* (excl. *Hall. syn. et loc. nat.*) et *S. Cotyledon*  $\beta$ . *EjUSD.* *Jacq. a. t.* 438. *Sturm. I.* 33. *Barrel. ic.* 1310.

$\beta$ . *Elatior*, foliis longioribus lingulatis. *Hall. l. c.*  
 \**P. Cotyl. med foliis oblongis serratis. P. l. c.*  
*S. Aizoon*  $\beta$ . *DEC. GAUD.* *S. Cotyledon*  $\alpha$ . *SUT. S. media* *LAFEYR. Barr. ic. t.* 1309. 1311. 1312.

$\gamma$ . Calyce glanduloso. *S. intacta* *W. H. Ber. p.* 115. *t.* 75.

Rad. stolonifera. Caulis  $\frac{1}{3}$ —1', cum ramis pedunculisque pilis setosis brevibus glanduliferis obsesus, sæpe purpurascens. Folia radicalia et stolonum in rosulas densas expansa, firma, glaucescentia, culmea breviora, sparsa, alterna. Pedunculi simplices vel ramosi, superiores breviores aggregati. Petala oblonga, nivea, subtus nervis tribus lutescentibus percussa, supra punctis purpureis sæpius adpersa. In  $\gamma$ . caulis pilis capitatis densius, calyx basi rarius obsitus. In  $\beta$ . folia rad. lingulata, 1—2' et ultra longa. Sensim in  $\alpha$ . transire conspicitur. (Non confund. c. *S. longifolia* *STERNB.* (Cf. *Sturm I.* 33), quæ foliis margine crustaceo integro, panicula subpyramidalis calyceque constanter piloso-glanduloso differt.)

Ad rupes infra arcem *Burg*, supra *Schauenburger* - et *Sissacherfluh* et in omnibus scopulis montium edit. frequens.

In M. Belchen Bad.  $\beta$ . locis magis umbrosis; v. gr. supra der Schauenburger- et Belchenfluh.  $\gamma$ . supra der Schauenburgerfluh Cl. Zeiherus Jun.—Sept. 24.

2) *stellaris*; foliis cuneatis, apice anguloso-dentatis, subcarnosis, scapo ramoso, petalis oblongis acutiusculis. GAUD. H. 973. \* *Sanicula montana rotundifolia minor*. C. B. P. 243. Prodr. 115. F. D. t. 23. Sturm. I. 35. Scop. carn. II. t. 13.

$\beta$ . † *San. mont. longifolia serrata*. C. B. l. c. Wulfen in Jacq. Coll. I. t. 13.

Caulis 2"—1', nudus, glaber vel setoso-pilosulus, superne ramosus. Folia radicalia in rosulam simplicem digesta, læte viridia, subciliata. Rami et pedunculi filiformes, bracteati, calyx reflexus. Corolla alba, basi maculis luteis notata, antheris rubris.

Ad rivulos M. Belchen Bad. copiose.  $\beta$ . ibidem legit Thomas Platerus t. Jac. Hagenb. Julio. 24.

(*S. rotundifoliam* L., a beato Stæhelino in M. Wasserfall repertam esse affirmat Cel. Gmelinus; at nulla hujus loci natalis deprehendere potui vestigia, et pene dubito, an hæc stirps, alpinis licet familiaris, in montes nostros descendat. (f. Hall. Num. cit.)

3) *aizoides*; foliis alternis linearibus carnosiss ciliatis, caule basi decumbente, germine hemisphærico depresso seminifero. GAUD. H. 971. \* *Sedum alpinum flore pallido*, C. B. P. 284.

*S. autumnalis*.  $\alpha$ . SUT, *S. autumnalis* GM. et Fl. D. t. 72. Sturm I. 35.

Caulis superne pubescens, plerumque simplex. Folia linearia, (inferiora conferta subdeflexa,) denticulata, subciliata. Flores racemoso-paniculati, lutei, in nostris immaculati, antheris croceis. (Var. altera flore *croceo* mera est alpina.)

Ad Rheni ripam inter Augustam et Rhenofeldam. Julio-Sept. 24.

4) *granulata*; foliis radicalibus reniformibus, petiolatis, sublobatis, caule paniculato, radice granulata, germine seminifero. GAUD. H. 976. *S. rotundifolia alba*. C. B. P. 309. Cat. 88. Sturm I. 6. Schk. t. 119. Fuchs. 428. ic.

Rad. fibrosa bulbulifera. Caulis  $\frac{1}{2}$ —1', simplex vel ramosus, viscidulus, superne et in ramis pilis capitatis obsessus. Folia rad. in orbem congesta, subvillosa, petiolata, lobato-crenata, caulina sparsa, palmata. Flores fasciculati, majusculi, albi, calyce piloso-glanduloso.

Passim non infrequens, v. gr. circa *Hünigen*, *Burgfelden*. Versus D. Margaretam et *Gundeldingen* in pratis collis; supra *Eirfeld*. In aggere sicco juxta semitam versus *Bettiken* etc. Apr.—Jun. 24.

5) *tridactylites*; foliis cuneiformibus, (radic. congestis, caulinis) alternis, integris trifidisque,

caule erecto ramoso, glanduloso-pubescente, germine infero. GAUD. H. 986. *Sedum tridactylites tectorum*, C. B. P. 285. Cat. 84. S. annua LAPEYR. Sturm I. 33. F. D. 1517.

Caulis 4 — 5", simplex vel ramosus, superne viscidulus, inferne rubescens. Flores pedunculati, exigui, albi vel rubelli, immaturi deflexi, calyce glanduloso.

In tectis neglectis, muris vetustis et locis lapidosis, aridis, abunde. Apr.-Jul. ☉.

SCLERANTHUS. Cal. 1-phyllus, tubulosus, 5-fidus. Cor. o. Stam. calyci inserta. Sem. 2 calyce inclusa.

1) *annuus*; calycibus fructus patulis acutis, caule diffuso. HOFEM. H. 1551. \**Polygonum angustissimo et acuto vel gramineo folio minus repens*. C. B. P. 281. Cat. 82. Knauel annum Scop. F. D. 504.

Caules 4 — 7", diffusissimi, nodosi, subvillosi, debiles, di-trichotomi. Folia connata, sessilia, subulata, ciliata. Flores parvi, viriduli, axill. solitarii, vel terminales fasciculati, calycis laciniis subulatis rigidiusculis patulis. Var. stam. 5-8.

In agris siccis, v. gr. ante portam Spaleam, Johanneam abunde. Jun.-Aug. ☉.

2) *perennis*; calycibus fructus clausis obtusis, caule prostrato. HOFFM. H. 1550. \* *Polygonum gram. folio (in Hb.) majus erectum*, C. B. P. 281. Cat. 83. Vaill. t. 1. f. 5. Schk. t. 120. F. D. 563.

β. *cocciferum*. P. l. c. *Polyg. polonicum cocciferum*. J. B. H. III. p. 378. c. ic. (Insectum radici innidulatur, Chermesinis tingendis inserviens, quod vocant *Coccum polonicum*. Cf. FRISCH. Ins. V. 6. 2. et LEDERMÜLL. t. 36. Apud nos desideratur.)

Priori plerumque altior, firmior, subcanescens; folia magis fasciculata, breviora, rigidiora; calycis foliola obtusa, minus patula, margine albo cincta.

In agris ante portam Spaleam. C. B. Ad Wiesæ ripam et in colle inter urbem et *Wyl* ad dextram viæ. Prope novam domum. In agris lapidosis infra *Kleinböningen*, circa *Haltlingen*, *Eimeldingen*, *Huningen*. In agris infra *Burgfelden* etc. Maj - Aug. 2. ♂.

GYPSOPHILA. *Cal.* 1-phyllus, campanulatus, angulatus, 5-partitus. *Petalu* 5 ovata, sessilia. *Caps.* globosa, 1-ocularis, 5-valvis, polysperma.

1) *muralis*; foliis linearibus planis, internodia subæquantibus, caule dichotomo, pedunculis axill. solitariis, aphyllis, patentibus. WALLR. H. 903. \* *Caryophyllus minimus muralis*. C. B. P. 211 et



*C. sylvestris flore minimo.* Cat. 61. (ob loca nat., licet Bauhinus hoc syn. in Pin. ad posterius trahat. Hanc et proximam eum confundisse opinor. Cf. Fratris Hist. III. p. 337. notam ad *Betonican coron.* etc. cap. 25.) *G. serotina* HAYNE. Sturm I. 1. Schk. t. 120. F. D. 1268.

Caulis digitalis, erectus, ramosissimus, diffusus. Folia opposita connata, glabra. Pedunculi axillares, filiformes, 1-flori. Calyx squamis destitutus. Petala carnea, striata, apice crenulata, rarius integra.

Inter stipulas passim, præsertim ante urbem minorem. In agris prope *Altshayler.* Sept. ☉. ♂.

2) *saxifraga*; foliis linearibus, calycibus angulatis, squamis 4, petalis emarginatis. L. H. 902. † *Caryophyllus saxifragus strigosior* s. *Car. sylvestris flore minimo.* C. B. P. 211. *Dianthus saxifragus* L. Spec. pl. *Dianthus filiformis* Dict. Enc. Barr. ic. 998. J. B. H. III. 357. ic. secunda.

Caules cespitosi, adscendentes, palmares, pedales, dichotomi. Folia (sub lente) margine antrorsum hispidula. Flores terminales, longe pedunculati. Calyx squamis 4, margine scariosis, cinctus. Petala emarginata, albido-incarnata, basi striis 3 purpureis obsoletis prædita. (Ob calycem squamatum generi *Dianthorum* accedit.)

*Auf dem Bruderholz* inter stipulas; rara. Jun. Jul. 24.

SAPONARIA. *Cal.* 1-phyllus, tubulosus, 5-dentatus, basi nudus. *Petala* 5 unguiculata. *Caps.* cylindrica, 1-locularis.

1) *officinalis*; calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis (trinerviis). L. H. 903. \* *Sapon. major lævis*. C. B. P. 206. Cat. 60. Sturm I. 6. Schk. t. 121. F. D. 543.

Caulis erectus,  $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ ' , scabriusculus, superne brachiato-ramosus. Folia opposita, connata, glabra. Flores speciosi, corymboso-fasciculati, rosei vel albidi, suaveolentes.

Ad vias, sepes ubique. Jun.-Aug. 24.

2) *Vaccaria*; calyc. pyramidatis 5-angularibus, foliis ovatis, acuminatis, sessilibus (floribus solitariis). L. H. 907. \* *Lychnis segetum rubra foliis perfoliatæ*. C. B. P. 204. Cat. 60. Tabern. 1253. ic. J. B. H. III. p. 357. f. 2.

Caulis 1— $1\frac{1}{2}$ ' , erectus, ramosus. Folia connato-sessilia glabra, glauco-viridia. Pedunculi longi. Corolla vix calyce ventricoso 5-alato longior, rosea, crenata.

In segetibus versus *St. Louis, Michelfelden, Gundeldingen, neue Welt, Münchenstein, Mutenz, Pratein*, domum rubram, *Crenzach* etc, copiose. Jun. Jul. ☉.

3) *ocymoides*; calycibus cylindricis glanduloso-pilosis, caulibus dichotomis procumbentibus, foliis oblongis, pedunculis terminalibus alaribusque solitariis. W. En. H. 909. \* *Lychnis vel Ocimoides repens montanum*. C. B. P. 206. Jacq. a. app. t. 23, Lob. ic. 341. f. 2.

Rad. valida, cæspitosa. Caules prostrati, diffusi, angulati, nodosi, villosi. Folia opposita, ovato-oblonga, acuta, 1-nervia, pubescentia, viscidula, inferiora in petiolum decurrentia. Flores pedunculati, vel axillares solitarii, vel terminales fasciculati, bi-trichotomi, mediocres, purpurei.

Supra *Ramstein* rarissima. Lach. (In rupibus prope *Roche* nuper frequentissimam vidi. In M. *Weissenstein* Cl. Nees.) Jun.—Jul. 24.

DIANTHUS. *Cal.* 1-phyllus, cylindricus, basi squamis 2-4. *Petala* 5 unguiculata. *Caps.* cylindrica, 1-locularis, apice dehiscens.

\* Floribus aggregatis.

1) *Carthusianorum*; floribus subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubum subæquantibus, involucre aristato floribus brevioribus, foliis linearibus (subtus) trinerviis. WAHLENB. Carp. H. 899. \* *Caryoph. sylvestris vulgaris*. C. B. Cat. 60. *latifolius*. Pin. 209. Tabern. p. 668. ic. 3.

β. Fl. albo. *Caryoph. sylv. vulgaris angustifolius*. P. l. c. t. Syn.

*γ. multiflorus.* \* *Armeria rubra multiflora.* C.B. *Hb.* Lösel. p. 39. t. 7. et Seguieri Ver. t. 7. f. 2. (D. atrorubens ALL. vix ab hac var. differre videtur.)

Caulis 1—2', scabriusculus, simplex. Folia opposita in vaginam connata, graminea, rigida, margine scabra. Involucra atro-purpurea, medio viridia. Squamæ calyc. 4—7. Flores vel solitarii, vel 2—5—9 aggregati, inodori, purpurei, petalis planis crenatis, supra pilosulis calyceque striato eolorato.

Var. capitulo 1-floro.

In collibus gramineis copiose. Jun.-Aug. 24.

2) *Armeria*; floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis lanceolato-subulatis, tubum corollæ æquantibus, foliis subulatis calycibusque hirsutis. WAHL. C. H. 900. \* *Caryoph. barbatus sylvestris.* C. B. P. 209. Cat. 60. D. hirsutus LAM. Schk. t. 121. Sturm I. 23. Lob. ic. 448. f. 2.

Caulis 1—2', scabriusculus, pubescens, versus nodos præsertim, superne dichotomus. Folia pilosa, carinata. Flores terminales fasciculato-congesti, inodori. Involucra lineari-lanceolata, cum calyce striato villosa. Petala acuminata, serrulata, rubra, ad basin punctis albis maculata.

In nemore Wylensi. Versus *Crenzach*. Ad Wiesam. In der Hard In via Richana ad sepes etc. In M. Muteto. Jun. - Aug. ☉.

3) *prolifer*; floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis (scariosis), tubum superantibus. W. H. 901. \* *Caryoph. sylv. prolifer*. C. B. P. 209. Cat. 60. F. D. 222. J. B. H. III. P. 2. p. 335. f. 1.

$\beta$ . H. 901.  $\gamma$ . *Caryophyllo prolifero affinis unico ex quolibet capitulo flore*. P. l. c. D. diminutus W.

Caules sæpe cæspitosi, angulati, scabriusculi, simplices, 1—1½'. Folia linearia, pubescentia, margine et costa scabriuscula. Flores terminales, vel solitarii vel pauci aggregati, parvi, inodori, carnei, raro albi, squamis calycinis aridis stramineis, duabus interioribus maximis, circumvallati.

Nihil vulgatius in arenosis lapidosis; v. gr. ad *Rhenum*, *Viesam*, *Birsam* etc. In ambulacris copiose. Jul. Aug. ☉.

\* \* Flore solitario, pluribus in eodem caule.

4) *sylvestris*; caulibus subunifloris, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis (imberbibus), foliis angustissimis rigidis subulatis, supra sulcatis. WULFEN in Jacq. Coll.

$\alpha$ . Humilior, flore simplici. H. 896.  $\beta$ . \* *C. simplex flore minore pallide rubente*. C. B. Hb. sive † *C. sylv. humilis flore unico*. P. 259. D. *sylvestris* W. SUT. Jacq. ic. rar. t. 82. Sturm I. 28. Clus. p. 282. Car. II. c. ic.

$\beta$ . Major, flore subgemino. H. 896. \* *C. sylv. humilis flore gemino*. *C. B. Hb.* sive † *C. sylv. biflorus*. *P.* 209. *Prodr.* 104. *D. Caryophyllus*  $\epsilon$ . *L.*

Radix lignosa valida. Caules plerumque plures, glabri, nodosi, simplices,  $\frac{1}{3}$  — 1' et ultra. Folia brevia, rigidiuscula, margine scabra, radicalia cæspitosa, fasciculata, caulina connatopposita. Pedunculi 1-flori, in  $\alpha$ . solitarii, in  $\beta$ . gemini, raro terni. Calyx cylindricus, glaber, viridis vel purpurascens; squamæ 4, calyce 5-plo breviores, cuspidatæ, exteriores angustiores ovatæ, sæpius a flore remotæ, in pedunculo sitæ, 2 interioribus latioribus rotundato-ovatis. Cor. amœne rubra, inodora, plana, crenata. *Var.  $\beta$ .* altior est, foliis longioribus, minus rigidis.

*Var. squamis 2 vel 6., i. e. squamis 2 parvioribus infra calycem 4-squamatum positis.*

In rupibus ad dextram viæ inter *Langenbruck* et *Ballstall*. Ad arcem *Falkenstein*. In rupibus prope *Mümmliwyl*. *Auf der Geissfluh*. *Var.  $\beta$ .* minus frequens inter  $\alpha$ . Jun. Jul. 24.

5)? *deltoides*; floribus solitariis, squamis calycinis ovato-lanceolatis mucronatis subbinis, foliis linearibus obtusiusculis, basi attenuatis cauleque subpubescentibus, petalis crenatis... H. 896. sub finem. † *Caryoph. simplex supinus latifolius*.

*C. B. P.* 208. *Röm. F. E. f.* 1. *J. B. H. III.* p. 329. f. 4. et *Lob. ic.* p. 444. ic. 1.

Caules plurimi, palmares et ultra, nodosi, primum decumbentes, dein erecti, subramosi. Folia margine scabra, connato-opposita. Pedunculi longi 1-flori. Calyx subpubescens. Squamæ 2 ovato-lanceolatæ, cuspidatæ, calyce duplo breviores. Petala inæqualiter crenata, purpurea vel rosea, raro alba, supra punctis argenteis pilosis vel macula deltoidea ornata.

Extra portam D. Johannis Cherlerus. Hodie nonnisi in hortis occurrit. Jun. Jul. 2.

6) *superbus*; floribus disjunctis paniculatis, squamis calycinis ovatis acutis brevissimis, petalis barbatis multiparvito-fimbriatis, foliis obtusiusculis. WAHL. *Carp. H.* 898. \* *Caryoph. flore tenuissime dissecto.* *C. B. P.* 209. *Cat.* 61. D. fimbriatus  $\alpha$ . LAM. *Jacq. Obs.* t. 25. *F. D.* 578. *Lob. ic.* p. 451. f. 1.

*$\beta$ . fl. albo. P. l. c.*

Caulis 1—2', adscendens, nodosus, simplex vel superne ramosus. Folia connato-opposita, lineari-lanceolata, margine scabriuscula, carinata. Flores amœnissimi, singuli paucive, vel numerosi paniculati sive subcorymbosi, mane et vespere suaveolentes. Calyces cylindrici, longi, subpurpurascens. Petala ultra medium tenuissime multifido-

laciniata, pallide - violacea, rarius albida, fauce pilis flavescens distincta.

Var. foliis latioribus et angustioribus.

In sylvis udis et montanis. In sylva *die Hard* e regione *Crenzach*. Infra *Michelfelden* versus *Neuweg*. In montana sylva prope *Neuschauenburg*. In M. *Wolten* supra *Laüfelsingen* in junipereto. In M. *Kallen*, *Belchen*, *Ramstein* etc. In sylvis circa *Delemontium*. Jul. Aug. ♂.

7) *plumarius*; floribus solitariis paniculatis, squamis calycinis subrotundo - ovatis acutiusculis brevissimis, petalis multifidis barbatis, foliis subulatis rigidis ciliato - scabris. M. a B. (excl. HALL. syn.) ? *Caryoph. sylv. flore laciniato albo inodoro*. C. B. P. 210. (ob syn. Tabern.) Tabern. p. 667. ic. ult. Clus. H. p. 284. ic. 1. Lob. ic. 449. ic. 2.

Caules  $\frac{1}{2}$ —1', plures, multiflori, ramis 1-floris subcorymbosis. Folia glaucescentia, radicalia cæspititia. Flores suaveolentes. Squamæ calycinæ brevissimæ, latæ, obtusæ, mucronatæ. Petala longe unguiculata, truncata, multifida, lacinulis simplicibus, albida vel dilute carnea.

A rusticis multum colitur in hortis, hinc sæpe tanquam sua sponte occurrit in maceriis; ad agrorum olitoriorum margines prope *Michelfelden* Bauh. in Tabern. p. 668. §. X. XI. Jun. Jul. 24.



\* \* \* Caule sub1-floro.

8) *cæsius*; caulibus subunifloris, squamis calycinis subrotundis brevibus, petalis crenatis pubescentibus, foliis margine scabris. W. H. 897.? *Caryoph. sylv. flore majore inodoro hirsuto. C. B. P.* 209. (ob syn. Clus. p. 282. Car. I.) \* *Car. simplex minor. Hb. D. virgineus β. L. D. glaucus HUDS. D. cæspitosus POIR. D. plumarius SUR.* (excl. defin.) Dill. Elth. t. 298. f. 385.

Glaucescens. Caules cæspitiosi, 5-8'', basi sæpe decumbentes, dein erecti, simplices, 1-raro 2-3-flori. Folia linearia, latiuscula, connato-opposita, margine aspera, obtusiuscula. Flores amœni, odori, rosei, petalis dentato-crenatis, barbatis. Calyx cylindricus, purpurascens. Squamæ 4, calyce triplo breviores, interiores ovato-subrotundæ mucronatæ, exteriores angustiores.

Infra arcem *Falkenstein* pro *plumario* Lach. Inveni ad cataractam prope *Bailstall*. (An quæ olim prope Augustam in Amphitheatro inventa fuit planta, cf. *Baslermerkww.* XX. p. 2406. huc pertineat an ad *plumarium*, dubius hæreo.) Jun. Jul. 24.

## T R I G Y N I A.

CUCUBALUS. *Cal.* 1-phyllus, inflatus. *Petala* 5, unguiculata, fauce absque corona denticulata. *Caps.* 3-locularis.

1) *Behen*; floribus paniculatis cernuis, petalis semibifidis, fauce subnudis, calycibus inflatis glabris reticulato-venosis, caule erecto. SM. H. 913. \* *Lychnis sylv. quæ Been album vulgo.* C. B. P. 205. *Cat.* 60. *Silene inflata* SM. Schk. t. 121. F. D. 914.

*β. L. sylv. etc. latifolia. Hb.*

Caules 1½', dichotomo-ramosi, glabri. Folia ovato-lanceolata, subglabra, crassiuscula, glaucoviridia. Calyx ovatus, inflatus, reticulis purpureis et viridibus pictus. Cor. alba. In *β.* folia ovata, duplo latiora.

Var. foliis angustioribus hirsutis et floribus 4-gynis vel dioicis.

Ad sepes, in agris sterilibus, arvis, versuris frequens. Maj.-Jul. 24.

SILENE. *Cal.* subventricosus. *Petala* 5 unguiculata, corona denticulata ad faucem, *Caps.* semi-trilocularis.

1) *nutans*; floribus paniculatis secundis cernuis, petalis bifidis, laciniis linearibus, foliis lanceolatis pubescentibus. SM. H. 915. \* *Lychnis montana viscosa alba latifolia*. C. B. P. 205. Cat. 60. Schk. t. 122. F. D. 242. Lösel. pr. t. 40.

Caulis superne et rami viscosi. Folia ovato-lanceolata, pubescentia, scabra, radic. congesta, caulina connato-opposita. Flores cernui, alb<sup>z</sup>, apice crenulati, vespere expansi, alias convoluti, calyce 10-costato villosus.

Ad vias montanas, in collibus siccis, maceriis, per vineas et ad viarum marginalia frequens. Maj.—Jul. 24.

2) *noctiflora*; caule dichotomo, petalis bifidis obtuse coronatis, calycibus 10-angularibus, dentibus tubum subæquantibus. SM. H. 911. *Lychnis sylvestris latifolia caliculis turgidis striatis*. C. B. P. 205. Cat. 60. \* *Lychnis flore obsoleta autumnalis calic. turg.* Hb. (Prius syn. omnino huc trahendum est, nec ad *S. conicam*, apud nos laud obviam, cujusque syn. est: *L. sylv. angustifolia* etc. P. l. c. Cf. HALL. l. c.) Sturm. I. 13.

Caulis 1—2', nodosus, hirsutus, viscidulus. Folia connato-opposita, lanceolata, pubescentia, scabriuscula. Flores axill. et terminales solitarii. Calyx ovatus, villosus, viscidus, costis 10

dentibusque subulatis tubum fere æquantibus præditus. Petala alba, bifida, fauce coronata, luce involuta, nocte autem expansa, odorata.

Cave, ne cum *Lychn. dioicæ* var. mascula confundas.

In agris circa Huningam C. B. Extra portam D. Johannis beym *Leisbühel* inter stipulas non admodum frequens. Prope *Haltingen*, *Olsberg* etc. in agris post messem. Jun. = Sept. ☉.

3) *rupestris*; caule dichotomo multifloro, floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus ovoideis, foliis lanceolatis. PERS. H. 917. \* *Alsine alpina glabra*. C. B. P. 251. *Prodr.* 118. F. D. t. 4. Sturm. I. 22. J. B. H. III. p. 360. ic.

Caules cæspitiosi, 2—5", graciles, erecti, angulati, superne di-trichotomi. Folia rad. congesta, caulina connato-opposita, glabra, integerrima, glaucescentia. Pedunculi filiformes, 1-flori, erecto-patentes. Calyx campanulatus, striatus, fructiferus turbinatus. Cor. parva, alba, denticulis brevissimis ad faucem.

Statim retro pagum *Badenweiler* in saxosis declivibus. Lach Ibidem ad metallifodinas abunde Cl. Nees. Inter *Holl* et *Neuweg im Hintergrunde des Wiesenthals* Cl. P. Merian. In M. *Blauen* et *Belchen* Bad. Circa *Schönau* et *Tottnau*. In M. *Vogelberg*. (Abunde in M. *Feldberg*) Jun. Aug.

STELLARIA. *Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5 bipartita. *Caps.* 1-locularis, 5-valv. polysperma.

1) *nemorum*; foliis infer. cordatis petiolatis, superior. ovatis sessilibus (supremis lanceolatis), panicula dichotoma. SM. H. 886. (excl. syn. BAUH. a. SCHEUCHZ. alleg., quod ad *Cerast. aquat.* pertinet.) *Alsine montana latifolia flore laciniato.* C. B. P. 251. (ex fide LACH.) *Als. major.* In Hb. (sine dubio c. *Cerast. aquatico* confusa.) F. D. 271.

*β. latifolia* PERS.; foliis ovatis, infer. subcordatis, calyce glabro. H. 886. *β.?* (Cf. Hall. Emend. I. n°. 83 et IV. n°. 31.) S. dichotoma quorundam (non L.).

Caulis erectus vel decumbens, debilis, articulo-pilosus, plerumque simplex, 1—2'. Folia tenuia, mollia, pubescentia, læte viridia, inferiora basi cordata, eoque longius petiolata, quo inferiora. Pedunculi solitarii, fructiferi patentes vel reflexi. Calyx patens, glaber, basi carina ciliatus. Flores albi, petalis profunde bifidis, calyce 2-plo longioribus. In *β.* caulis altior, leviter pubescens, folia pallidiora subglabra, infer. minus distincte cordata, caulina superiora latiora, panicula magis composita, pedunculi fortius refracti et calyx nudus.

In dumetis ad Wiesam. In nemore Wylensi.  $\mathcal{E}$ . locis humidioribus. Jun.-Aug. 24.

2) *Holostea*; caule erecto stricto dichotomo, foliis lineari-lanceolatis, margine nervoque dorsali scabris, petalis semibifidis, calyce enervi duplo longioribus... H. 884. \* *Caryophyllus holostius arvensis* (*glaber in Pin. et Hb., hirsutus in Cat.*) *flore majore. C. B. P.* 210. *Cat.* 61. \* *Gram. floridum. Hb.* Schk. t. 122. J. B. H. III. 361.

Rad. repens. Caulis 4-angulus, debilis, adscendens, striatus, superne scaber, 1—1½'. Folia integra, sessilia, connato-opposita, acuminata. Panicula dichotoma. Pedunculi longissimi, scabri. Flores nivei, calycis glabri foliolis lanceolatis, margine albidis. Caps. subglobosa.

In dumetis et nemoribus. *In der Hard.* In via Riehana. Infra adscensum in agros Wylenses et in nemore Wylensi. Circa novam domum. In via versus *St. Louis.* In sylvis circa *Altschweyer.* In adscensu M. Muteti etc. Majo. 24.

3) *glauca*; caule erectiusculo debili, foliis lineari-lanceolatis, margine lævibus, floralibus scariosis, petalis calyce trinervi duplo longioribus... H. 882.  $\beta$ . *Stellaria graminea*  $\beta$ . L. *St. palustris* HOFFM. GMEL. (excl. syn. F. D.) Gmel. Sib. IV. t. 61. f. 2.

Intermedia inter priorem et proximam. Differt a *graminea*: Statura altiore, foliis glaucis

angustioribus, panicula pauciflora, pedunculis erectis, demum deflexis, floribus majoribus, petalis obcordatis calyce obsolete trinervi fere duplo longioribus.

In M. Muteto. In pascuis prope *Langenbruck*. Jun. Jul. 24.

4) *graminea*; foliis linearibus integerrimis, panicula terminali divaricata, petalis ultra medium bipartitis calycem subæquantibus... H. 882.  $\alpha$ .  
\* *Caryoph. arvensis glaber flore minore*. C. B. P. 210. Cat. 61. *Stellaria arvensis* HOFFM. SUT. St. Dilleniana MÖNCH. (nec LEERS.) Lob. ic. 46. ic. 1.

Caulis 4-gonus, debilis, fragilis, glaber. Panicula ampla. Pedunculi filiformes, glabri, divaricati. Calycis foliöla acute trinervia, corolla vel parum longiora vel eam æquantia.

In umbrosis gramisosis humidis. Maj.-Jul. 24.

5) *uliginosa*; caule diffuso ramosissimo decumbente, foliis lanceolatis, basi ciliatis, pedunculis axillaribus subternis, calyce obsolete trinervi petalis angustissimis longiore... H. 881.  
\* *Alsine aquatica media*. C. B. P. 251. (etiam t. LACH.) St. *graminea*  $\gamma$ . L. St. *Alsine* W. St. Dilleniana LEERS. (non MÖNCH.) St. *aquatica* POLL. Sturm. I. 1. J. B. H. III. p. 365. f. 2. (Sed male petala integra pinxit.)

Caules numerosi, inæquales, debiles, 4-anguli, læves, dig. palm. et ultra. Folia connato-opposita, lævia, apice callosa, margine basin versus ciliata. Pedunculi breves, bracteati, axillares, (raro terminales) subterni, quorum sæpius duo dichotomi demum deflexi, tertius simplex. Flores parvi, albi. Caps. ovali-oblonga.

Ad Wiesam in arenosis et passim in palustribus atque aquosis, præcipue montanis. Maj. Jun. ☉.

**ARENARIA.** *Cal.* 5-phyllus, patens. *Petala* 5 integerrima. *Caps.* 1-locul. polysperma.

1) *trinervia*; fol. ovatis acutis petiolatis nervosis, calycibus carina scabris, obsolete trinerviis. SM. H. 878. + *Alsine plantaginis folio*. J. B. H. III. p. 363. et 164. ic. (In Hb. BAUH. vocatur *Alsine media*. Olim confusam fuisse videtur cum *Als. media* L. Cf. etiam Tabern. p. 1068. fig. 1. et sententiam J. B. l. c.) F. D. 429. Schk. t. 122.

Caules ramosi, debiles, pilosi, 4-8'. Folia opposita, 3-5-nervia, ciliata. Pedunculi axill. et terminales longi, erecti, demum deflexi. Flores parvi, albi; corolla calyce brevior.

In umbrosis humidis et in sylvis ad arborum truncos. Apr. Majo. ☉.



2) *serpyllifolia*; foliis ovatis acutis subsessilibus duriusculis, calycibus hirsutis sub 5-nerviis, corollis calyce brevioribus . . . H. 875. + *Alsine minor multicaulis*. C. B. P. 250. Cat. 74. (Huc etiam t. syn. Lobel. c. ic. p. 461., licet in Hb. nomen illud fuerit ad *Stell. mediam* positum; cf. etiam Hall. l. c.) \* *Alsine minor Lini capitulis*. Pin. l. c. F. D. 977. Tab. 1087. ic. 2.

Caules cæspitiosi, procumbentes, ramosissimi, pubescentes, 3—6". Folia parva, firmisscula, margine ciliato-scabra. Pedunculi axill. et termin. solitarii, 4-flori. Petala alba, exigua, calyce ciliato breviora. Caps. ovata.

Var. *stam.* 5.

In agris, muris, saxosis et ad vias frequentissima. Majo-Jul. 24.

3) *rubra*; foliis linearibus mucronulatis (internodio brevioribus), stipulis scariosis vaginantibus, seminibus compressis angulatis scabriusculis, Sm. II. 872. \* *Alsine Spergulae facie minor. s. Spergula minor flosculo subcoeruleo*. C. B. P. 251. Prodr. p. 119. Cat. 74. A. campestris ALL. A. rubra *z.* W. J. B. H. III, p. 723, f. 3. Lösel, pruss. t. 23.

Caules 4—8", cæspitiosi, prostrati, divaricati, glabri, ramosi, ramis glanduloso-pubescentibus,

Folia lineari-subulata, glaucescentia, in quovis nodo 2 longiora opposita, pluribus foliolis minoribus fasciculatis stipata. Stipulæ geminæ, latæ, albæ, pellucidæ, lacerae. Pedunculi axillares et terminales, solitarii, glanduloso-pilosi, internodia subæquantur, primum erecti, dein patentes vel refracti. Petala coeruleo-incarnata, calyce minora. Calycis foliola margine scariosa, dorso pilis glanduliferis obsessa. Staminum numerus inconstans.

(*A. marina* foliis floribusque majoribus et seminibus margine hyalino cinctis discrepat.)

In agris versus *Wyl.* Ad *Wiesam*. Prope novam domum. Jun. Jul. ☉.

4) *cæspitosa*; foliis subulatis glabriusculis nervosis, caulibus subpaniculatis erectiusculis, superne glanduloso-pubescentibus, foliolis calycinis ovato-lanceolatis, nervoso-striatis, margine membranaceis, petalis calycem subexcedentibus. . . H. 867. (excl. cit. *Baslermerkw.*, qui locus ad *A. tenuifoliam* pertinet.) *Rubia cynanchica saxosa*. *C. B. Prodr.* 146. (an?\*) *A. saxatilis* ROTH. GMEL. WAHLENB. *Helv. A. cæspitosa et verna* W. A. GERARDI WAHL. *carp. A. verna* STURM. I. 26. (non JACQ.) *A. liniflora* Jacq. a. t. 445? Vaill. t. 2. f. 3? (Vix differre videtur.)

Caules numerosissimi, cæspitiosi, ramosi, sub-erecti, superne glanduloso-pubescentes, 2—5". Folia infima fasciculata, reliqua opposita, sulcata, basi sæpe ciliata, obtusiuscula. Pedunculi capillares, plerumque terminales, 1-flori, dense glanduloso-pubescentes. Calycis foliola acuta, (sæpe acuminata) margine albo membranaceo cincta, nervis tribus percussa, basi pubescentia. Petala alba, oblonga, calyce parum longiora. (Planta, pro loci natalis conditione polymorpha, multum ab auctoribus confunditur. Forsan *A. verna* L. *setacea* THUILL. et *heteromalla* M. a B. nonnisi varietates sunt ejusdem plantæ, diversa ob loca natalia diversæ.)

In *M. Blumen* pagi nostri Lach. Ad Rheni ripam infra Neudorf Cl. Höchstetter. In *M. Belchen* Bad. Majo. Jun. 24.

\* Summus Decandolius, Herbarium Lachenalii perlustrans, Bauhini plantæ mutilatæ hæc verba apposuit: „Hanc stirpem reperi inter *Asperulas* collocatam et omnes auctores ad *Asp. p. renacam* hoc B. syn. retulerunt; sed „planta est evidentissime *renaria* species, quod probatur „non tantum ex habitu toto, sed specialiter calyce libero „et capsula multivalvi. Mihi videtur esse *A. saxatilis*, et cum „ic. Vaill. t. 2. f. 3. non male, congruit.” Apparet tamen, Bauhinum hanc plantam cum *Asperulæ* specie saltem confundisse. Cf. Ej. *descript.* in *Prodr. l. c.*

5) *tenuifolia*; foliis subulatis setaceis cauleque ramosissimo dichotomo, calycibus subulatis (?),

(lanceolatis) striatis, corolla longioribus. DEC. II. 866. *Alsine tenuifolia*. J. B. H. III. p. 364. *Alsine tenuifolia* WAHLENB. Helv. Vaill. t. 3. f. 1. ic. opt.

*β. viscosa*. II. 865. *Alsine viscosa* SCHREB. Aren. dubia SUR. Ar. viscidula THUILL. Krock. Sil. II. t. 5.

Caulis digitalis, palmaris et ultra, erectus, gracilis, firmus, superne paniculatus, sæpe rubescens. Folia connato-opposita, glabra, trinervia. Pedunculi axill. et term. 1-flori, glabri. Folia calycina lanceolata, glabra, trinervia, mucrone rubro prædita. Petala alba, plus tertia parte calyce breviora. In *β.* caulis, calyx et folia glanduloso-pubescentia, viscidula.

Variat stam. 3—5—8—10.

(LACH. varietatem stam. 8. habuit pro *A. segetali*, quæ autem semper observatur pentastemon. Cf. HALL. not. ad 866.)

Locis macilentis, apricis, in moeniis et muris vetustis frequens. *β.* inter *α.* rarius; v. gr. *in der Sandgrube*. Majo-Aug. ☉.

6) *fasciculata*; glabra, foliis fasciculatis setaceis, caulibus erectis strictis subsimplicibus, floribus fasciculatis, pedicellis folio brevioribus, calycibus acuminatis petalo triplo longioribus.

DEC. H. 870. \**Polygono angustissimo folio affinis.*  
*C. B. P.* 281. *A. rostrata* SCHLEICHER. (t. specim.)  
 Hall. l. c. t. 17. (ad specim. parv.) Jacq. a. t. 182.  
 Scop. Carn. ed. 2. t. 17. sub *Stellaria rubra*.

Caulis digit. palm. et altior, ramosus, nodosus, strictus. Folia glauca, sub lente pubescentia, rad. et caulina infer. fasciculata, subrecurva, superiora bina opposita, basi latiore membranacea. Pedunculi laterales vel plerumque terminales congesti, erecti, trichotomi. Calyx pyramidatus, subclausus, foliolis margine albido-membranaceis, rigidis, striatis, acuminatis, aristatis. Petala alba, calyce multo breviora.

(Locis alpinis, v. gr. in Valesia, minor evadit et pentandra, sicuti depingitur a HALL. l. c. Tunc *Alsini mucronatæ* L. accedit, si unquam hæc diversa. Locus nat. *Istein* probat, virum summum plantam suam a nostra non separare.)

Var. *stam.* 5—8.

Ad ripam Rheni versus *Crenzach* R. Stæhelinus. Ad collem arenosum juxta Birsam trans pontem et e regione D. Jacobi. *In der Sandgrube* cis pontem Wiesæ. Prope Castellum *Istein*. Junio. Jul. ☉.

---

## P E N T A G Y N I A.

SEDUM. *Cal* 4-7-fidus. *Petala* totidem —  
*Squamæ* ovatæ 5 ad basin germinis. *Caps.*  
 plures polyspermæ. (Folia carnosa.)

\* Planifolia.

1) *Telephium*; foliis oblongis serratis, corymbo  
 composito folioso, caule erecto. W. En. H. 954.  
 † *Telephium vulgare*. C. B. P. 287. Cat. 84. Sturm  
 I. 6. Knorr Thes. I. T. F. 5. Nostr. *Schmeerwurz*.

β. *T. purp. maj. et minus*. P. et Cat. l. c. J. B.  
 II. II. p. 682. S. *Teleph. β. purpureum* W.

γ. Foliis (sub)integris oblongis. C. B. P. l. c.  
 pro var. *Teleph. alterum*, I. *Crassula*. Dod.  
 p. 130.

δ. Foliis serratis subrotundis. *Tel. album*. Fuchs  
 p. 800. ic.

Rad. tuberosa, carnosa. Caulis pedalis et altior,  
 succulentus, sæpe purpurascens. Folia sparsa, car-  
 nosa, sessilia. Flores dense corymbosi, lutescentes  
 vel purpurei. Haud raro occurrit caule fasciato.

In agris et vineis M. Muteti Versus *Gundeldingen*, St.  
 Jacobum, *Gruth*, *Dornach*, *Aesch* Extra portam D. Johan-  
 nis. In der *Hard*, β. in vineis extra portam *Riehanam*. Inter

Wallenburg et Hülstein, ad extram viæ magnæ. Ad Rheni ripam  
in vineis C. B. 7. extra portam D. Albani. Junio-S. pt. 24.

\* \* Teretifolia.

2) *dasyphyllum*; foliis ovatis obtusis carno-  
sis, caule infirmo, floribus late racemosis, sæpius  
hexapetalis. DEC H. 967. *S. minus folio circin-*  
*nato*. C. B. P. 283. Jacq. H. V. t. 153.

Caules decumbentes, semidigitales, superne  
glanduloso-pubescentes. Folia conferta, supra  
concava, glauca, rubro-reticulata. Pedunculi ra-  
mosi, viscoso-pubescentes. Flores albi, ex rubro  
mixti, corolla calyce plus duplo longior.

B. Stæhelinus in ditione basil. ad rupes. Ita Lach.  
in horto sicco. Legi ad rupes prope Wallenburg cum Zei-  
hero, ante quinque et quod excedit iustra. (Non autem  
*S. Guettardi*, uti habet Gmelinus.) Dehinc ibidem  
frustra quæsi. In muris prope Delemontium. In rupibus  
summi M. Belchen Bad. Jun.-Aug. 24.

3) *reflexum*; foliis subulatis sparsis, basi solutis  
(erectis), inferioribus (sæpe) recurvatis, (flori-  
bus subcymosis). L. H. 967.

α. Hall. Enum. n°. 15. *Sedum minus luteum fo-*  
*lio acuto*. C. B. P. 283. Cat. 83. Clus. II. p. LX.  
ic. 2.

β. Hall. En. n°. 14. *S. m. l. ramis reflexis. P. et*  
*C. l. c.* \* *Aizoon scorpioides Lobelii*. In herb. Lob.  
ic. I, p. 377.

Caules pedales, cæspitosi, adscendentes, basi ramulos steriles dense foliosos jactantes. Folia caulina mox decidua. Cyma corymbosa, ramulis exterioribus plerumque recurvatis vel revolutis. Flores aurei, petalis acuminatis.

Ad vineas prope *Weil*. Circa *Neuhaus* et ultra locis lapidosis. In *der Hara* In valle petrino prope portam Johanneam. In colle versus *Oetlingen*. Copiose in monte quodam e regione pagi *Badenweiler* A. Mieg. Junio-Aug. 24.

4) *saxatile*; foliis sparsis semiteretibus obtusis, basi solutis, caule ramoso decumbente, (cymæ ramis divergentibus). *W.* 964. *S. saxatile atrorubentibus floribus*. *C. B. P.* 284. *Prodr.* 132. (promiscue cum *S. atrato*) *S. annuum* WAHL. Lapp. *S. annuum* β. Ej. Helv. *S. divaricatum* LAPEYROUSE. *S. alpestre* VILL. *S. rupestre* Fl. Dan. t. 59. *S. saxatile* All. Ped. t. 65. f. 6. (Ad var. minorem?) Lob. ic. 378. ic. 2.?

Caulis solitarius, sæpe infractus, mox ramificans, 2—5". Folia viridia, glabra. Flores in ramis cymæ divergentibus; 3—4, subsessiles, segmentis calycinis obtusis viridibus, petalis luteis acutis.

In *M. Belchen* Bad. Cl. Hofmeister nuperrime; unicum exemplar legi in sabulosis Wiesæ prope *Lörrach*. Julio. Aug. ☉.



5) *album*; foliis (sessilibus) sparsis teretiusculis oblongis obtusis patentibus, cyma ramosa (subbifida). L. H. 959. \* *S. minus teretifolium album*. C. B. P. 283. Cat. 83, Blackw, t. 428.

*β. montanum*; *Sedum minus II*, Clus. H. p. LIX. ic. 2.?

Caulis 4—8", adscendens vel decumbens, sæpe radicans, apice ante anthesin nutante, rubro maculatus. Cyma bifida, trifida, multiflora, flosculis breviter pedicellatis. Cor. alba, petalis carinatis, acutis, subtus linea rubente, demum evanida, notatis, calyce obtuso 3-plo longioribus. Antheræ atro-purpureæ; *β.* differt caule minore, longius decumbente, flexuoso, rubescente, supra basin jam ramoso, petalis linea purpurea dorso constanter insignitis. Multum convenit cum *descript.* GMEL. ad *S. Guettardi*; sed nostrum perenne est.

Ad muros vetustos, in lapidosis apricis frequens. *β.* locis montanis elevatioribus saxosis; v. gr. inter scopulos montis *Wöten* supra *Eptingen*. Jul. A. g. 24.

6. *acre*; foliis subovatis, adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida. L. H. 966. † *Sempervivum minus vermiculatum acre*. C. B. P. 283. *Sedum minus repens*. Cat. 83. c. sq. \* *Sedum minimum acre et non acre*. Hb.

(promiscue c. *sexangulari*.) Schk. t. 123. Knorr. Th. t. S. 12. 1. F. D. 1457.

β. Caule altiore, foliis magis sparsis, minus gibbis, cyma bifida. S. æstivum PERS.? (excl. Lob. syn.)

Caules cespitosi, ramosi, decumbentes, digitales. Cyma trifida. Flores alterni, flavi, sessiles, calycis foliolis gibbis. Sapor acris. β. ob locum nat. pinguiorem aberrans.

Locis lapidosis, siccis, ad rupes, muros ubique. β. in agris ante urbem et per pagum. Jun. Jul. 4.

7) *sexangulare*; foliis subternis teretiusculis adnato-sessilibus subpatentibus, in surculis sexfariam imbricatis, cyma trifida pauciflora, floribus sparsis. . . H. 965. \* *Sempervivum minus vermiculatum insipidum*. C. B. P. 284. (In Cat. p. 83. c. priori, a quo distinguitur in Pin. l. c.) S. *minimum luteum non acre*. J. B. H. III. p. 695.

Differt a priori: caulibus simplicioribus erectis, minus ramosis, cymæ ramulis divergentibus, petalis acuminatis pallidioribus et calycis foliolis angustioribus, basi non gibbis. atque sapore miti.

(Folia in caule florente tandem sparsa fiunt, surculis evanidis, ut alia planta videatur. Hinc nomen *sexangulare* improprium. Sæpe tunc confundi videtur cum S. *saxatili*, statura humiliori,

foliis basi solutis semicylindricis et petalis minus acuminatis satis diverso. An huc Sed. saxatile VILL. ? S. sax. WIGGERS ?)

Locis siccis lapidosis ad Birsam, Wiesam, Birsecum non adeo rarum. Jun. Jul. 24.

8) *villosum* ; foliis teretiusculis oblongis pedunculisque viscoso - pilosis , petalis obtusiusculis ovatis. VAHL. Symb. II. 962. \* *S. palustre subhirsutum* ( in hb ) *purpureum*. C. B. P. 285. \* *S. palustre Clusii*. Hb. F. D. 24. Sturm. I. 6.

Caulis punctis atro-purpureis adpersus. Flores cymosi, pedunculis erectis, 1-floris. Calyx pilosoglandulosus, viscidus. Cor. purpurascens. Caps. purpureæ.

In paludosis prope *Erundrutum* Friche-Joset. Jun. Julio. 24.

OXALIS. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5, unguibus connexa. *Stam.* inæqualia, alternatim breviora, basi subcoalita. *Caps.* 5-gona, angulis dehiscens.

1) *Acetosella* ; scapo 1-floro foliis longiore, foliolis ternatis obcordatis, stylis longitudine staminum interiorum, radice articulata. W. H. 928. \* *Trifolium acetosum vulgare*. C. B. P. 300. Cat. 93. Schk. t. 123. Jacq. Oxal. t. 80.

Scapus 1-florus, in medio bracteatus. Folia tenera, pilosiuscula, læte viridia, subtus pallidiora, sapore acido. Cor, tenera, alba, venis purpureis picta.

In nemorosis humidis ad arborum radices et ad sepes subinde frequens. Apr-Jun. 4.

AGROSTEMMA. *Cal.* 1-phyllus, ventricosus, coriaceus. *Petala* 5, unguiculata, limbo obtuso, indiviso. *Caps.* 1-locularis.

1) *Githago*; hirsuta, calyce corollam superante, petalis integris nudis. SM. H. 926. \* *Lychnis segetum major*. C. B. P. 204. Cat. 59. Sturm. I. 5. Schk. t. 124.

Tota planta pilis sericeis villosa. Caulis erectus 2'. Folia opposita, connato-sessilia, lineari-lanceolata. Flos solitarius, magnus, terminalis, purpureus, calyce duro decemcostato, laciniis lineari-lanceolatis corollam superantibus.

Inter segetes copiose. Jun. Jul. ☉.

LYCHNIS. *Cal.* 1-phyllus, oblongus, tubulosus, 5-dentatus. *Petala* 5, emarginata vel 2-fida, unguiculata. *Caps.* 1-5-locularis.

1) *Flos Cuculi*; floribus laxè paniculatis, petalis laciniatis, capsula subrotunda. DEC. H. 921.

\* *Caryophyllus pratensis flore laciniato simplici.*  
s. *Flos Cuculi.* C. B. P. 210. Cat. 61. F. D. 590.

Caules scabri, superne viscosi, 1—2'. Folia connato-sessilia, lanceolata, glabra. Panicula dichotoma. Cor. rubra, flaccida, petalis laciniisque bifidis, calyce colorato, costato.

In pratis humidis et ad fossas aquaticas. Maj. Jun. 24.

2) *dioica*; petalis bifidis, floribus dioicis (albis), capsulis conicis, caule foliisque (molliter) pubescentibus. W. En. H. 923.  $\beta$ . \* *L. sylvestris alba simplex.* C. B. P. 204. vel *Saponaria hirsuta.* Cat. 59. *L. dioica alba* L. Lych. vespertina SIBTH. *L. arvensis* GMEL. *L. pratensis* SCHK. *L. alba* M. a BIB. *L. dioica*  $\beta$ . WAHL. Carp. Sturm. I. 23, Schk. t. 124.

Caulis 1½—3', articulatus, dichotomus. Folia connato-opposita, ovato-lanceolata. Flores terminales et axillares, solitarii, albi, circa vesperam suaveolentes, explicati. Calyx 10-costatus, coriaceus, villosus, in ♂ oblongus enervis, in ♀ ovatus, ventricosus, nervosus.

Ad sepes, aggeres et agrorum margines vulgaris. Maj.—Sept 24.

3) *sylvestris*; petalis bifidis, floribus dioicis (rubris), capsulis subrotundo-ovatis (apicibus

recurvatis), caule pedunculisque hirsutis, foliis ovato-oblongis pubescentibus. W. En. H. 923. *α*. \* *L. sylv. s. aquatica purpurea simplex*. C. B. P. et *Cat. l. antea cit.* L. dioica *rubra* L. Lych. diurna SIBTH. L. dioica WAHL. Carp. Sturm. I, 23. Schk. t, 124.

Differt a priori: Caule in planta mascula purpurascente, foliis latioribus, magis sericeo-villosis, floribus minoribus roseis, calycibus enervibus, et capsula minori dentibus recurvis prædita.

Ad fossas aquaticas et in umbrosis humidis frequens, Maj.-Jul. 24.

CERASTIUM. *Cal. 5-partitus. Petala 5 bifida. Caps. cartilaginea, globosa vel oblonga, 1-ocularis, apice decemfariam dehiscens.*

1) *vulgatum*; caulibus erectiusculis pedunculisque articulato-hirsutis, foliis oblongis, calycibus lanceolatis, margine apiceque diaphanis glabris, petala subæquantibus. WAHL. Carp. H. 893. \* *Alsine hirsuta magno flore*. C. B. P. 251. *Cat.* 74. C. viscosum SM. DEC. Vaill. t, 30. f. 1.

Viride, hirsutum, pilis non glanduliferis. Flores fasciculati, pedunculis flore longioribus. Calycis segmenta interiora margine scarioso, albo, diaphano. Petala emarginata, alba. Pedicelli fructiferi horizontales.

(Pro loci natalis conditione humidiori vel sicciori plus minus hirsutum occurrit.)

In agris neglectis, vineis, ad vias, fossas locaque sterilia. Maj.-Jul. ☉.

2) *viscosum* L.; caule subprocumbente cum foliis ovalibus obtusis hirsuto, pedunculis glanduloso-pilosis flore brevioribus. . . H. 895. *Alsine hirsuta altera viscosa*. C. B. P. 251. C. vulgatum SM. DEC. C. ovale PERS. C. glomeratum THUILL. C. barbulatum WAHL. carp. C. rotundifolium HOPPE? Vaill. t. 30. f. 3. (opt.)

Caules plures, pilis longioribus simplicibus obsessi, basi procumbentes, dein erectiusculi, 5—8". Folia rotundato-obtusa, pallide viridia, valde hirsuta. Flores dense fasciculati, pedicellis brevissimis, glanduloso-pilosis. Calyx pilis simplicibus longioribus et glanduliferis brevioribus obsitus. Petala alba, emarginata, calycem subæquantia. Caps. cylindrica, calyce duplo fere longior.

In agris siccioribus passim. v. gr. versus *Münchenstein*, *Haltingen*, *Wyl* etc. In arvis sterilibus prope *Istein*. Maj. Jun. ☉.

3)? *brachypetalum*; caule erecto, (pilis simplicibus) tomentoso, dichotomo, foliis ovatis, infimis rosaceis, flor. paniculatis, cal. villosa corolla longiore. PERS. C, viscosum POLL. (quoad descript.)

Ab anteced. discrepat: Caule erecto, superne parum viscoso, foliis ovalibus mucronatis, pedunculis primariis flore longioribus, calyce minori, minus hirsuto, et corollis calyce duplo brevioribus. Inter calycis pilos, plerosque simplices, pauci capitati occurrunt.

In arvis et semitis horti botanici olim uberrime occurbat, a b. Lachen. pro *C. viscosa* habitum. Nunc ibi disparuit. In agro nondum observavi. Maj. Jun. ☉.

4) *semidecandrum*; procumbens, villosos-viscosum, subincanum, foliis ovato-oblongis, calycibus acuminatis petala æquantibus, capsulis pedicello brevioribus. M. a. B. H. 894. \* *Alsine hirsuta minor*. C. B. P. 251. *C. viscosum* WAHL. carp. F. D. 1212. Vaill. t. 30. f. 2. (mediocris.)

*β. pumilum* CURTIS; *C. pentandrum* M. a. B. Suppl ? Ray Syn. t. 15. f. 1.

Plantula pilis capitatis undique obsita, superne viscosa. Caules diffusi, humiles, 1—2", aggregati, ascendentes. Folia radicalia in orbem digesta. Calycis foliola margine apiceque acuminato alba, nitida, scariosa. Petala calyce plerumque breviora. Pedunculi post florescentiam refracti. Caps. oblongæ, incurvæ.

Var. *stam. 5.* et *pist. 3—4.*

In campis sterilibus macilentis satis frequens. *β. locis aridissimis.* Mart—Maj. ☉.



5) *arvensis*; caulibus declinatis, foliis lineari-lanceolatis obtusiusculis subpilosis, pedunculis deflexo-pubescentibus, petalis calyce (duplo) majoribus, capsula oblonga dentibus obliquis dehiscente. WAHL. Lapp. H. 889. \* *Caryophyllus arvensis hirsutus flore majore*. C. B. P. 210. Cat. 61. Vaill. t. 30. f. 4. Sturm. I. 8. Schk. t. 124.

Caules basi decumbentes,  $1\frac{1}{2}'$ , floriferi magis erecti, villosopubescentes. Folia subincana. Pedunculi subterni. Flores terminales, magni, nivei, petalis obcordatis striatis.

Nihil vulgatius ad sepes, vias, fossas, in vineis, arvis et agris. Aprili-Jun. 24.

\* \* Capsulis subrotundis.

6) *aquaticum*; foliis cordatis (sub) sessilibus, pedunculis lateralibus solitariis, fructiferis reflexis, capsula ovata ore 5-dentato. SM. H. 885. \* *Alsine altissima nemorum*. C. B. P. 250. Cat. 73. (Non autem SCHEUCHZERI It. II. p. 130) et \* *Alsine major*. P. l. c. et Cat. l. c. pro var. (Sed in herb. non differt.) *Stellaria aquatica* PERSOON. F. D. 438. Menzel Pugill, p. 2. tab. 2. (bene.)

Caulis  $1\frac{1}{2}$ —3', debilis, pubescens, superne ramosus. Folia opposita, ima in petiolum brevem decurrentia, glabra vel levissime pubescentia. Calyces glanduloso-hirsuti, viscosi, margine

luteolo inconspicuo, demum evanescente. Antheræ cœrulescentes.

(*Stellariæ nemorum* affine, a quo discernitur caule altiore, ramosiore, petalis ad basin usque 2-partitis calycem hirsutum subæquantibus et stylis 5. HALLERUS erroneo petala calyce multo majora dicit.)

In umbrosis humidis et arenosis fluviorum ripis abundat, præprimis ad Wiesam. Junio-Aug. 24.

SPERGULA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 5 integra, fugacia. *Caps.* ovata, unilocularis, 3-5-valvis.

1) *arvensis*; foliis verticillatis, caule pubescente, floribus decandris, seminibus obtuse marginatis (asperis). WAHL. Lapp. H. 873. \* *Alsine* *Spergula dicta major*, C. B. P. 251. Cat. 74. F. D. 1033. Schk. t. 125.

Caulis  $\frac{1}{2}$ —1', geniculatus, superne piloso-viscidus. Folia in quovis verticillo numerosa, subulata, pubescentia. Panicula dichotoma, pedunculis divaricatis, bracteatis. Flores albi. Calycis foliola pubescentia, viscida, obtusa, margine lato scarioso.

Ad Wiesam frequens. Circa *Wyl.* Passim in urbe ipsa ad muros. Inter segetes *auf dem Bruderholz*. Prope *Altschwyl*, *Burgfelden* in agris. Maj.-Aug. ☉.

2) *pentandra*; foliis verticillatis, floribus (sub) pentandris, seminibus depressis alatis. SM. Sturm. I. 12.

Differt a priori: Statura multo minori, 2—5", caule teneriore, foliis paucioribus, glaucis, subglabris, staminibus plerumque 5 et seminibus nigris, albo-marginatis. Pili pedunculorum et calycis furcati.

In agris sterilibus lapidosis et in arenosis passim; v. gr. ad Wiesam. Aprili—Jun. ☉.

3) *nodosa*; foliis oppositis subulatis lævibus muticis, superioribus (in planta juniore) fasciculatis, petalis calyce duplo longioribus. . . H. 871. \* *Alsine nodosa germanica*. C. B. P. 251. Pr. 118. J. B. H. III, p. 724. ic. Schk. t. 125. Lösel t. 64.

Caules plures, digit. palmares, tenues, simplices, nodosi, glabri, erectiusculi. Folia radic. cæspititia. Flores terminales, solitarii, pedunculati. Petala alba, integra, calyce plus duplo majora.

In paludosis Michelfeldæ L a c h. Julio—Sept. ☉.

4) *saginoïdes*; foliis oppositis subulatis muticis nudis, pedunculis solitariis longissimis glabris, (petalis calyce brevioribus). SM. H. 862. F. D. 1577.

Plantula glabra, *Saginæ procumbenti* similis. Caules procumbentes vel adscendentes, 2—3",

graciles. Folia subrecurva. Flores cernui, calycis segmentis ovatis obtusis, margine membranaceo albo, petalis integris calyce brevioribus.

(Præstantiss. DECAND. Hall. num. cit. in Fl. Gall. ad *S. glabram* s. *saginoiden* ALL. trahit, petalis calyce longioribus diversam. Cf. All. t. 64. f. 1.)

(In M. *Weissenstein* Cl F. Nees.)

(Licet mons iste extra floræ basil. limites situs sit, adeo tamen confinis est, ut plantulam raram excludere noluerim. Etiam in vicino monte badensi *Feldberg* legit *cel. Vulpius*. Cf. Fl. Bad. II. 304.) Jun. Jul. 24.

# D O D E C A N D R I A.

---

## M O N O G Y N I A.

---

**ASARUM.** *Gal.* campanulatus, sub 3-fidus, superus. *Cor.* o. *Antherae* mediis filamentis adnatæ. *Caps.* coriacea, subsexlocularis, evalvis, polysperma.

1) *europæum*; foliis reniformibus coriaceis, ciliatis, subgeminatis, calyce 3-fido. . . H. 1547. *Asarum.* C. B. P. 197. *Cat.* 58. *Asarum omnibus herbariis.* Hb. Sturm. I. 12. Schk. 127.

Rad. repens, geniculata, odore acri. Caulis nullus. Pedunculus axillaris, brevissimus, 1-florus. Folia longe petiolata, saturate viridia, splendentia, reticulato-venosa, 2-4. Flos pedunculatus, urceolatus, extus villosus, e viridi-ruber, intus atropurpureus.

In sylvis montanis abunde. Mart-Maj, 24.

PORTULACA. *Cal.* 2-3-fidus. *Petala* 5, integra. *Caps.* 1-locularis, circumscissa.

1) *oleracca*; foliis cuneiformibus confertis lævibus floribusque sessilibus. DEC. H. 968. \* *Portulaca angustifolia sive sylvestris* C. B. P. 288. *Cat.* 84, Schk. t. 130.

β. *P. latifolia sativa*. *P. l. c.*

Planta succulenta, procumbens, 4-12". Flores parvi, lutei, solitarii et fasciculati, paulo ante meridiem aperti.

Var. *stam.* 6-15, et *stylis* 1-5.

In hortorum areolis et in plateis urbis minus tritis. Junio-Aug. ☉.

LYTHRUM. *Cal.* cylindricus, striatus, 6-12-dentatus. *Petala* 6 (raro 4 aut. 5), calyci inserta. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

1) *Salicaria*; foliis oppositis cordato-lanceolatis subhirsutis, floribus verticillato-spicatis . . . H. 854 \* *Lysimachia spicata purpurea forte Plinii*. C. B. P. 246. *Cat.* 71. F. D. 671. Blackw. t. 520. Nostr. *Durfülkrut*.

β. *foliis ternis et quaternis*. *Pin. l. c.*

γ. Bracteis flores æquantibus vel superantibus. *Lythr. dubium* SCHULTES *Fl. Austr.* II. p. 5?

Caulis erectus simplex vel ramosus, 1—3', angulosus. Rami tetragoni. Flores verticillati, in spicam longam dispositi, speciosi, purpurei. Bracteæ ovato-lanceolatæ floribus breviores, infimis exceptis.  $\gamma$ . altius, ramosius, plerumque foliis ternis.

Ad fossas aquaticas et in humilibus umbrosis  $\gamma$ . passim eum  $\alpha$ . Julio-Sept. 24.

2) *hyssopifolia*; foliis alternis lineari-lanceolatis, floribus hexandris subsolitariis, axillaribus... H. 855. \* *Hyssopifolia* (in hb.) s. *Gratiola minor*. C. B. P. 218. Prodr. p. 108. c. ic. Cat. 62. Jacq. a. t. 133. Rupp. Jen. t. 6. f. 3. Schk. t. 128.

$\beta$ .. . . *major foliis latioribus*. Prodr. l. c. pro var.

Caulis palmaris, pedalis, basi decumbens et patenti-ramosus, angulosus, durus. Folia glauca, glabra, margine sub lente scabriuscula. Flores axill. 1—2, sparsi, rubelli, petalis caducis.

Var. *stam.* 4—5.

Ad Birsecum in arenosis e regione der Spithalmatten, Lach. 1784. Versus Riehen in humidis ad prata viæ C. B. t. Cat. Auf den Galgenfeldern versus Crenzacherhorn J. Hagen b.  $\beta$ . Circa Mühsiam C. B. t. Prodr. Ibid. Hoferus t. Hallf. Julio. Aug. ☉.

## D I G Y N I A.

---

**AGRIMONIA.** *Cal.* hypocrateriformis, 5-dentatus, calyculatus. *Petala* 5, calyci inserta. *Sem.* 2 in fundo calycis.

1) *Eupatoria*; calycibus fructiferis hispidis (setis uncinatis), foliis caulinis pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis, impari petiolato, petalis calyce duplo longioribus. W. H. 991. \* *Eupat. veterum. s. Agrimonia.* C. B. P., 321. *Cat.* 91. F. D. 588. Schk. t. 128.

Rad. squamosa, cylindrica. Caulis 1—2½', erectus, simplex, patenti-pilosus. Folia pilosa, interruptim pinnata. Stipulæ binæ amplexicaules, incisæ. Spica racemosa, terminalis, elongata, laxa. *Petala* lutea.

In pratis et collibus graminosis frequens. Jul.-Sept. 24.

---



## T R I G Y N I A.

RESEDA. *Cal.* 1-phyllus, 4-6-fidus. *Petal.* 4-6, inæqualia, sæpius laciniata *Caps.* 1-locularis, apice dehiscens.

1) *luteola*; foliis lanceolatis integris, basi utrinque unidentatis, calycibus 4-fidis. Willd. H. 1058. \* *Luteola herba salicis folio.* C. B. P. 100. Cat. 28. F. D. 864. Schk. t. 129.

Caulis  $1\frac{1}{2}$ —3', erectus, striatus, glaber, ramosus. Folia radicalia in orbem disposita. Spicæ terminales, racemosæ, cylindricæ, graciles, erectæ, pallide luteæ. Pedunculi brevissimi. Petala 5, inæqualia, tribus superioribus majoribus, 3-5-partitis.

Ad vias, in ruderatis, ad muros; in arenosis ad Wiccam, Birsam etc. Majo-Jul. ☉. ♂.

2) *lutea*; foliis undulatis, pinnatifido-laciniatis, pinnis linearibus, suprema latiore, calyce 6-fido... H. 1056. \* *Reseda vulgaris.* C. B. P. 100. Cat. 28. Jacq. t. 352. Regn. t. 168. (bene).

Humilior. Spicæ quam in præced. laxiores, crassiores, breviores; pedunculi longiores,

Locis incultis, lapidosis, in vineis, sylvis cædis etc. abunde. Majo-Jul. ♂. 4.

EUPHORBIA. *Cal.* 1-phyllus, campanulatus. *Petala* 4—5 crassiuscula. *Germen* pedicellatum. *Caps.* 3-coeca. (Staminum numerus varians. Flores sæpe polygami.)

\* Umbella trifida.

1) *Peplus*; umbella trifida, dichotoma, involucellis ovatis, foliis obovatis petiolatis integerrimis. SM. H. 1049. \* *Peplus* s. *Esula rotunda*, C. B. P. 292. Cat. 85. Schk. t. 129. F. D. 1100. Riv. Tetrap. irreg. t. 118.

*β. minor*; J. B. H. III. p. 670.

Glabra. Caulis  $\frac{1}{2}$ —1'. Rami axillares. Folia eo minora, quo inferiora. Involucri folia tria, involucellorum bina, integerrima. Petala bicornia, virescentia Caps. glabræ, tricarinatæ.

In hortis, cultis, vineis, agris. Julio-Sept. ☉.

2) *exigua*; umbella subtrifida, dichotoma, involucellis subfalcato-lanceolatis, foliis linearibus, capsulis glabris. . .

*α.* † *Tithymalus* s. *Esula exigua*. C. B. P. 291. Cat. 85. F. D. 592. Lob. ic. t. 357. f. 2.

*β. Esula exigua foliis obtusis*. P. l. c. et Prodr. p. 132. E. retusa CAVAN. ic. t. 34. f. 3.

*γ. minima.* E. exigua *β.* DEC.

Caulis digit. palmaris, in *γ.* 2—3'', simplex vel basi ramosus, foliis angustis, rectis, in *α.* acutis, in *β.* retusis mucronatis. Umbella plerumque 3-fida, subinde 2-4-5-fida. Petala sublunata, flavescētia, Stigm. bifida. Caps. læves.

In agris post messem copiose cum *β.* Julio-Sept. ☉.

\* \* Umbella 4-fida.

3) *Lathyris*; umbella quadrifida, dichotoma, foliis oppositis ( lanceolatis ) integerrimis. W. II. 1041. † *Lathyris major.* C. B. P. 293. Bull. t. 103. Riv. t. 114.

Glauca. Caulis 1½ — 3', crassus. Involucrum 4-phyllum, foliolis magnis subcordato-lanceolatis, subtus pallidioribus. Involucellum 2-phyllum, foliis latioribus, brevioribus. Petala 2-cornia, flavescētia. Caps. subrugosæ, glabræ, magnæ. Tota planta colore quandoque rubicundo vel purpurascēte suffunditur.

Inveni inter vineas montanas retro *Efringen.* Ad sepes haud longe a *Schartenflueh* Cl. Nees. Prope *Münmlismyl* Friche-Joset. Julio. Aug. ♂.

4) *fallax*; radice articulata, foliis oblongis vel lanceolatis, basi attenuatis, antrorsum serrulatis, subtus glaucescentibus, umbella 5-fida,

bifida, involucellis late subcordatis, capsulis glabris, acervatim papillosis. . . H. 1051. (ob loca nat.) *Tithymalus montanus non acris*. C. B. P. 292. Cat. 85. E. dulcis ROTH. (excls. syn. SCOP. et LINN.) et GMEL. (excl. Syn. JACQ.). E. angulata WAHL. Carp. (excls. JACQ. et BESSER. Syn.?) E. hyberna EJ. Helv. (non L.)

Rad. obliqua, tortuosa, angulata, articulata, crassiuscula, fusca, fibras emittens. (Articuli locis saxosis in tuberos abbreviantur). Caulis e radicis latere emergens, erectus, 1—3', fistulosus, angulato-teres, inferne lævis rubescens, superne subtilissime striatus, plus minus pubescens. Folia sessilia, alterna, oblonga vel obovato-lanceolata, basi attenuata, acuta vel obtusa, interdum submarginata, versus apicem serrulata, supra læte viridia glabra, subtus pallide glaucescentia, in junioribus pube obducta. Rami plures infra umbellam. Umbella 5-fida, subinde 3-fida. Involucr. 5-phyllum, foliolis ovato-lanceolatis, toto margine serrulatis. Umbellæ bifidæ, raro duplicis ordinis. Involucellum biphyllum, foliolis late truncato-cordatis, acutis, serrulatis. Sæpe flos solitarius in umbellæ centro, pedunculatus, ochreateus. Petala parva, subrotunda, primum sordide flavescentia, dein atro-purpurea. Capsulæ, etiam juniores, glabræ, nunquam pilosæ,

sat magnæ, papillis conicis demum purpurascen-  
tibus et in tres acervos collectis obsessæ, valleculis  
nudis; maturæ fragiles. Saporem dulcem non ob-  
servavi, sed magis amaricantem. Nec planta caute  
siccata mihi nigrescit.

Variat umbella 7-fida et rarissime ramis alari-  
bus nullis.

(*E. dulcis* WILLD. JACQ. SCOP. DECAND. etc.  
differt capsulis pilosis et JACQUINI insuper ra-  
mulis alaribus nullis. *E. purpurata* THUILL. et am-  
bigua W. et KIT. involucellis integerrimis aberrant.  
*E. angulata* Jacq. ic. r. t. 481. et WAHLENB. Carp.  
p. 144. proxime accedere videntur. *E. condylocarpa*  
M. a B. ? — Has ob discrepantias plantæ nomen  
mutare satius duxi.)

In M. Muteto, *Crenzach*, *Dornach*, *Schauenburg* etc. omni-  
busque Juræ montibus frequens. Jun. Jul. 24.

(*E. carniolica*, quæ in Fl. Bad. II. p. 326 ex auctoritate  
Zeiheri in M. Muteto nasci dicitur, nec ibi nec alibi in  
pago occurrit, et cel. vir ipse nuper mihi affirmavit, se  
hujus plantæ haud amplius recordari.)

5) *verrucosa*; umbella 5-fida, 2-fida, involu-  
cellis ovatis, serrulatis, foliis lanceolatis obtusis  
villosis, capsulis verrucosis. L. H. 1052. *Tithy-  
malus myrsinites fructu verrucæ simili*. C. B. P.  
291. Cat. 84, Moris. Hist. S. X. t. 3. f. 3.

β. Absque umbella, foliis ab æcidio maculatis.

Rad. ramosa. Caules cæspitosi, decumbentes vel adscendentes, pedales et ultra, glabri, teretes, succulacteo acri repleti. Folia alterna, ovato-lanceolata vel oblonga, obtusa, subtus pubescentia vel in juniore planta incana, subtilissime serrulata. Sæpe rami steriles ex foliorum alis prodeuntes. Umbella 5-fida, bifida, -dichotoma. Involucrum 5-phyllum, foliolis ovatis s. ovato-lanceolatis. Involucella ovata vel subrotunda, primum flavescentia, dein viridia. Petala luteola rotundata. Caps. verrucoso-hispidæ, virides. (Nec villosæ, uti habet WILLD.)

In dumetis montanis per totum pagum frequens. Etiam in planitie abunde, præsertim ad Birsam, Rhenum. Majo. Jun. ♂. 4.

6) *helioscopia*; umbella 5-fida, 3-fida; dichotoma, involucellis obovatis foliisque cuneiformibus serratis glabris, capsulis lævibus. WAHLB. Carp. H. 1050. *Tithymalus helioscopius*. C. B. P. 291. Cat. 85. F. D. 725.

Caules subinde plures, pedales, erecti, pilis longiusculis raris obsessi. Folia sparsa. In umbellæ centro sæpe flos solitarius. Involucellorum foliola inæqualia. Petala reniformia, obtusa, viridia.

In cultis, vineis, agris vulgo. Junio-Sept. ☉.

7) *platyphyllos*; umbella sub5-fida, subtrifida, dichotoma, involucellis cordatis, carina rariter pilosis, foliis lanceolatis amplexicaulibus; basi attenuatis, serrulatis, capsulis verrucosis . . . H. 1053. † *Tithym. arvensis latifolius germanicus*. C. B. P. 291. Cat. 84. Jacq. a. t. 376.

β. Caule simplici, umbella 2-4-radiata, E. stricta LINN. Syst. 1049.

γ. Involucellis nudis. E. serrulata THUILL?

Rad. fusiformis. Caulis 1-3', adscendens, superne ramosus, lactescens. Folia molliuscula, subtus glaucescentia, lævissime pubescentia. (Involucra senescentia magis ovata, pilis orbata.) Umbellæ divisio variabilis. Rami alares superiores haud raro umbelliferæ. Petala suborbiculata, lutea. Caps. tuberculosæ. β. multo gracilior, humilior, radiis inæqualibus.

Ad fossas, vias, in sylvis frequens. β. locis macilentis et montanis. Junio-Aug. ☉.

8) *sylvatica*; umbella 5-fida, dichotoma, involucellis reniformi-cordatis, connato-perfoliatis, foliis spathulato-lanceolatis integris pubescentibus, inferioribus majoribus aggregatis, capsulis glabris. . . H. 1045. \**Tithym. sylvaticus lunato flore*. C. B. P. 290. Cat. 84. E. sylvatica POLL. (non L.) E. sylv. et Characias. SUT. (excl. L. syn.) E.

amygdal. LAM. GMEL. SPRENGEL etc. Jacq. a. t. 375.  
Spreng. Hal. t. IV.

Caulis 2—3', pubescens, inferne sublignosus, cicatricosus, purpurascens. Pedunculi alares. Folia inferiora saturate viridia, subcoriacea, conferta, superiora molliora, pallidiora, minora, magis sparsa. (Planta nimirum autumnno soboles profert cum foliis hyemem perdurantes, qui subsequenti vere in caulem elongantur florigerum.) Involucella magna, flavescentia. Petala bicornia, primum viridia, tunc flavescentia, tandem purpurea.

(*E. sylvatica* pl. auct. germ. et SMITHII differre videtur.)

In sylvaticis montosis ubique per totum pagum. Majo. Junio. 2.

\* \* \* \* Umbella multifida.

9) *Cyparissias*; umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, ramorum sterilium foliis setaceis confertis, caulinis linearibus, capsulis verrucosis... H. 1047. \**Tithym. Cyparissias. C. B. P.* 291. *Cat.* 85. Jacq. a. t. 435.

β. *T. Cyp. foliis punctis croceis* (ab æcidio) *notatis. Ibid.* E. degener RIV. HOFFM.

γ. Foliis (a Cynipis cujusdam punctura) rotundioribus, in rosulam superne collatis.



♂. *T. Cyp. capitulo rubente. Pin. l. c.*

Petala bicornia, lutea. Involucella vere lutescentia, sub autumnum rubentia, unde var. ♂.

Nihil ad vias frequentius. Maje. Jun. 24.

(*E. Esula* auctor. (an L. ?) ad rheni inferioris ripas proveiens, indagations nostras hucusque frustrabatur.)

10) *Cajogala*; umbella multifida, dichotoma, involucro polyphyllo, foliolis sublanceolato-linearibus, involucellis diphyllis lato-cordatis, foliis lineari-lanceolatis acutis vel obtusis mucronatis, subcoriaceis, superioribus latioribus, capsulis glabris . . . H. 1055. (excl. syn. LINN.). *Tithym. marino similis. C. B. Phytop. p. 574.* † *Tith. maritimo affinis Linariæ folio. Pin. 291. Cat. 84. T. Cyparissiae similis Pytyusa multis. J. B. H. III. p. 665.* t. loco natali et descriptione, sed excl. fratris syn., ad *E. Esulam* Auct. spectante. (Auctoritate J. Bauhini inductus, HALLERUS syn. cit. ad n°. 1046. sive *Esulam* duxit; ægre tamen; cf. ej. not.) *E. Paralias* SUT. (excl. syn.) *E. Esula* THUILL. *E. Cajogala* et *Gerardiana* GMEL. *E. linariæfolia* LAM. Enc. Jacq. a. t. 436. Spreng. Hal. t. 3. f. 1. (sub *E. Gerard.*) Tabern. ic. p. 988. fig. 4.

Rad. valida, lignosa. Caules plures, 1—1½', sub-erecti, steriles et fructiferi, simplices, angulati,

versus umbellam nudi. Folia glauco-viridia, subconferta, erecto-patentia, glabra, obsolete trinervia. Ramuli sæpe sub umbella. Petala subrotunda, fulva.

Variat involueris et foliis latioribus brevioribus obtusis mucronatis, et longioribus angustioribus acutis, in eadem sæpe planta.

(Multis speciminibus pl. nostræ cum *E. Gerardiana*, in sabulosis Palatinatus lecta, sedulo collatis, nullum sane aliud extricare potui discrimen, nisi quod ob diversum locum natalem intercedere videtur. Per gradus enim intermedios inter se confluere observes, ut omnis saltem differentia specifica dispareat.)

Ad Rheni ripam circa parvam Huningam. Copiose in aggere Rheni et in agris sterilibus eundo versus *Markt* et in insulis vicinis. Etiam in ripa opposita infra *Michelfelden*. Prope pontem *Wiesæ* in sabulosis. Junio Jul. 24.

11) *palustris*; umbella multifida, bi-trifida, dichotoma, involucellis ovatis, foliis lanceolatis (glabris), ramis sterilibus. W. H. 1054. \* *Tithym. palustris fruticosus*. C. B. P. 292. Cat. 85. Bull. t. 87. Moris. S. X, t. 2. f. 1.

Suaveolens. Caulis 3-6', crassus, angulatus, rubescens. Umbelladensa. Involucra et involucella lutea. Petala peltata, lutea. Capsulæ verrucosæ.

Infra *Michelfelden* in pascuis paludosis et ad fossas. Majo-Aug. 24.

## D O D E C A G Y N I A.

SEMPERVIVUM. *Cal.* 10-12-partitus. *Petala* 5-12. *Capsulae* totidem leguminosæ, polyspermæ.

1) *tectorum*; foliis ciliatis, propaginibus patentibus, squamis nectariferis cuneiformibus carunculatis... H. 949. *Sedum majus vulgare*. C. B. P. 283. F. D. 601. Knorr. Thes. II, t. S. 4.

Propagines cauli adhærentes, foliis carnosissimis rosulam congestis. Flores carnei vel purpurei in spica secunda, apice incurva.

In tectis rusticorum et in muris quasi sponte. Julii-Aug. 24.

## A P P E N D I X.

DIGITARIA *ciliaris*; spicis digitatis suboctonis erecto-patulis, foliis vaginisque pilosis, flosculis lanceolatis ciliatis. W. En. . Panicum ciliare ROTH. GAUD. Syntherisma ciliare SCHRAD. Paspalum ciliare DEC. Schrad. t. 3. f. 7.

Culmi cæspitosi, basi nodoso-infracti, radicantes, 1-1½'. Vaginæ foliaque pilosa. Spicæ 5-9, longæ, patentes, rachi hispidæ. Valvul. calycina valde inæqualis, *exterior* major, 5-7-striata, in

gramine adulto margine pilis albis rigidusculis ciliata. Adultum gramen purparascit.

Nuperime detexi prope *Steinenthor* inter portas in incultis; porro in vineis prope *Efringen*. Sine dubio passim adhuc. Aug. Sept. ☉.

*ARUNDO Halleriana*; panicula diffusa, spiculis subsparsis, valvulis lanceolatis, arista dorsali brevi. GAUD. A. Calamagrostis HALL. fil. A. Pseudophragm. SCHRAD. t. 4. f. 3.

Rad. repens, stolonifera. Culmi graciles, erecti, glabri, simplices vel rarius ramosi. Vaginæ striatæ, glabræ. Folia linearia, acuminata, læte viridia, ad oras scabra. Panicula suberecta, laxa; rachis subflexuosa. Rami scabriusculi. Calyces 1-flori, e iuscescente purpureoque varii, valvulis subæqualibus lanceolatis, acuminatis, carina hispidis; corolla calyce minor, valvula exteriori bifida, e basi aristam edente, pilos calyce subbreiores æquante.

In M. *Wasserfall* et circa *Ramstein* Zeiherus (pro *A. Calamagr.* L., a qua præcipue radice repente differt.) Jul. Aug. 24.

*VIOLA collina* BESSER; acaulis, foliis cordatis acutis serrato-crenatis, calycibus obtusis, peltatis oblongis.

Affinis *V. hirtæ*, sed satis distinguitur foliis ratione plantulæ magnis, petiolo longioribus, scapis longitudine foliorum, floribus parvulis, pallide cærulescentibus.

Supra *Gempenfluh*, sed rarissima; Cel. F. Nees. Apr. 24.

# INDEX GENERUM.

(Quæ signum crucis præfixum habent genera, synonyma sunt.)

	Pag.		Pag.
<b>A</b> cer . . . . .	368	Alsine . . . . .	291
<b>A</b> corus . . . . .	321	† Alsine . . . . .	127. 155. 412
<b>A</b> doxa . . . . .	379	<b>A</b> nagallis . . . . .	185
<b>A</b> egopodium . . . . .	276	<b>A</b> nchusa . . . . .	171
<b>A</b> esculus . . . . .	354	† <b>A</b> nchusa . . . . .	177
<b>A</b> ethusa . . . . .	255	<b>A</b> ndromeda . . . . .	383
† <b>A</b> ethusa . . . . .	270	<b>A</b> ndropogon . . . . .	60
<b>A</b> grimonia . . . . .	432	<b>A</b> ndrosace . . . . .	178
† <b>A</b> gropyrum 116. 117. 119		<b>A</b> nethum . . . . .	271
<b>A</b> grostemma . . . . .	420	<b>A</b> ngelica . . . . .	248
<b>A</b> grostis . . . . .	50	<b>A</b> nthericum . . . . .	315
‡ <b>A</b> grostis . . . . .	49. 59	† <b>A</b> nthericum . . . . .	314. 349
<b>A</b> ira . . . . .	63	<b>A</b> nthoxanthum . . . . .	21
† <b>A</b> ira . . . . .	82	<b>A</b> nthriscus . . . . .	261
<b>A</b> lchemilla . . . . .	156	† <b>A</b> phanes . . . . .	157
<b>A</b> lisma . . . . .	352	<b>A</b> pium . . . . .	272
<b>A</b> llium . . . . .	301	<b>A</b> rbutus . . . . .	384
<b>A</b> lopecurus . . . . .	41	<b>A</b> renaria . . . . .	408

	Pag.		Pag.
† Arenaria . . .	292		
† Arrhenatherum . . .	105		
Arundo . . .	57		
† Arundo . . . 45, 56.	444	† Calamagrostis 45. 56. 57. 59	
Asarum . . .	429	Callitriche . . .	2
Asclepias . . .	225	† Calluna . . .	364
Asparagus . . .	316	Campanula . . .	188
Asperula . . .	136	Caprifolium . . .	198
† Asprella . . .	46	Carex . . .	29
Astrantia . . .	254	Carum . . .	269
Athamanta . . .	260	† Catabrosia . . .	63
† Athamanta . . . 248.	285	Caucalis . . .	257
Atriplex . . .	228	† Caulis . . .	258. 259
Atropa . . .	206	Centunculus . . .	149
Avena . . .	107	† Cephalaria . . .	230
† Avena . . . 105. 106.	107	Cerastium . . .	422
		Cerinth . . .	175
		Chærophyllum . . .	263
		† Chærophyllum . . .	265
		Chenopodium . . .	230
		† Chilochloa . . .	48
		† Chironia . . .	210
		Chlora . . .	361
		Chrysosplenium . . .	370
		Cicuta . . .	253
		† Cicuta . . .	282
		† Cicutaria . . .	253
		Circæa . . .	5
		Cnidium . . .	284
		Colchicum . . .	350
		Conium . . .	281
		Convallaria . . .	317

## B.

Berberis . . .	338
Blitum . . .	3
Borago . . .	176
† Brachypodium . . . 93.	115
Briza . . .	82
† Briza . . .	78
Bromus . . .	95
† Bromus . . . 92. 93. 94.	117
Bulliarda . . .	164
Bunium . . .	269
Bupleurum . . .	282
† Bupleurum . . .	272
Butomus . . .	381

	Pag.
† Convallaria . . .	320
Convolvulus . . .	187
Coriandrum . . .	255
† Coriandrum . . .	257. 282
Cornus . . .	154
Corrigiola . . .	291
† Corynephorus . . .	66
Crassula . . .	296
Crocus . . .	27
Cucubalus . . .	402
Cuscuta . . .	158
† Cynanchum . . .	216
Cynodon . . .	44
† Cynosurus . . .	70. 84
Cynoglossum . . .	172
Cyperus . . .	31

## D.

Dactylis . . .	83
Danthonia . . .	81
Daphne . . .	365
Daucus . . .	256
† Daucus . . .	257
† Deschampsia . . .	63
Dianthus . . .	395
Dictamnus . . .	382
Digitaria . . .	43
† Digitaria . . .	45
Dipsacus . . .	129
Drosera . . .	295

## E.

	Pag.
† Echinochloa . . .	62
Echium . . .	178
Elatine . . .	330
† Eleocharis . . .	36
Elymus . . .	119
Enodium . . .	69
Epilobium . . .	356
† Eragrostis . . .	78
Erica . . .	364
Eriophorum . . .	38
Erythræa . . .	209
Evonymus . . .	212

## F

Fedia . . .	25
Festuca . . .	84
† Festuca . . .	69. 72. 81. 82.
	100. 101.

Fraxinus . . .	5
----------------	---

## G.

Galanthus . . .	299
Galium . . .	138
Gentiana . . .	237
† Gentiana . . .	210. 361
Globularia . . .	128
† Glyceria . . .	71
Gratiola . . .	17
† Grossularia . . .	215
Gypsophila . . .	392





	Pag.		Pag.
Montia . . .	126	Pimpinella . . .	273
Muscari . . .	320	Pinguicula . . .	17
Myosotis . . .	168	Plantago . . .	150
Myosurus . . .	297	Poa . . .	71
Myrrhis . . .	262	† Poa . . .	63. 81. 82. 93
† Myrrhis . . .	264. 266	Polycnemum . . .	27
<b>N.</b>		Polygonum . . .	271
Narcissus . . .	300	Portulaca . . .	430
Nardus . . .	40	Potamogeton . . .	159
† Narthecium . . .	349	Pyrola . . .	384
<b>O.</b>		<b>R.</b>	
Oenanthe . . .	278	Radiola . . .	164
Oenothera . . .	355	Reseda . . .	433
† Onagra . . .	355	Rhamnus . . .	210
Ornithogalum . . .	309	† Rhynchospora . . .	30
Oxalis . . .	419	Ribes . . .	213
Oxycoccus . . .	364	Rumex . . .	339
<b>P.</b>		<b>S.</b>	
Panicum . . .	60	Sagina . . .	165
† Panicum . . .	43. 44. 443	Salvia . . .	19
Parietaria . . .	155	Sambucus . . .	287
Paris . . .	378	Sanguisorba . . .	153
† Paspalum . . .	45	Sanicula . . .	259
Peplis . . .	338	Saponaria . . .	394
† Peucedanum . . .	284	Saxifraga . . .	387
† Phalangium . . .	315. 316	† Saxifraga . . .	391
Phalaris . . .	45	Scabiosa . . .	130
† Phalaris . . .	48	Scandix . . .	263
Phleum . . .	47	† Scandix . . .	262. 263. 264. 265

	Pag.		Pag.
Scheuchzeria	348	<b>T.</b>	
† Schoenodorus	91. 92. 93. 100. 101	Thesium	217
Schoenus	29	† Thymelæa	366
Schollera	364	† Tillæa	165
† Schweyckherta	183	Tordylium	258
Scilla	314	Torilis	258
Sciophila	320	Tofieldia	348
Scirpus	32	Trapa	155
Scleranthus	391	† Trichera	130. 131
Secale	111	† Trichodium	51
Sedum	414	† Trinia	275
† Sedum	296	† Triodia	81
Selinum	247	† Trisetum	110. 111
† Selinum	250. 251. 277. 286	† Triticum	94
Sempervivum	443	Triticum	112
Seseli	276	Tulipa	309
† Seseli	269. 273. 275. 281	<b>V.</b>	
Sesleria	70	Vaccinium	362
† Setaria	61. 62	† Valantia	138. 144. 145
Sherardia	135	Valeriana	23
Silene	402	† Valeriana	26
† Silene	402	† Valerianella	26
Sison	276	Verbascum	200
Sium	267	Veronica	6
† Sium	277. 284	Vinca	219
Solanum	208	Viola	219. 444
Spergula	426	† Vulpia	90
† Spergula	292	<b>U.</b>	
Staphylea	289	Ulmus	235
† Staphylodendron	290	Utricularia	18
Stellaria	405	<b>W.</b>	
† Stellaria	291. 425	† Waldschmidtia	183
Stellera	367		
Stipa	56		
Symphytum	175		
† Syntherisma	43. 44		
Syringa	4		

## A D D E N D A.

---


- Pag. 20, lin. 20 adde: F. D. 1586.  
 — 21, " 2 — — 1587.  
 — — " 8 — — 1588.  
 — — " 14 — — 1589.  
 — 87, " 7 — F. pallens Host.  
 — 110, " 7 post VULPIUS adde: In ruderibus  
 Huningæ.  
 — 114, " 4 — Cer. 5. adde: bot. Zeit. 1820.  
 n°. 19. f. 4.  
 — — " 15 — — 6. — bot. Zeit. l.c.f. 2.  
 — 115, " 7 — — 7. — — — l.c.f. 1.  
 — 165, " 9 adde: et ad *Nonmattweiher*, ubi  
 aquæ influunt.  
 — 189, " 18 — Scheuchz. It. t. 14.  
 — 349, " 9 — bot. Zeit. 1821. p. 188. f. 1 et 5.  
 — 421, post lin. 2 adde:  $\beta$ . Flore pleno.  
 — — lin. 7 post „, aquatica." l.  $\beta$ . Prope *Olsberg*.  
 — 441, " 3 adde: Nuper inveni specimina sum-  
 mitatibus in capitula densa rubra contractis,  
 quod observante filio larvæ CECIDOMYIAE fus-  
 cicollis MEIGEN debetur. Sine dubio var.  $\delta$ , de  
 qua loquitur Bauhinus.

## E R R A T A.

- Pag. 12, linea 1 lege occurrunt.  
 — — " 7 — reperi.  
 — 29 " antipenult. pro C. lege Carex.  
 — 31, loco 24 —  $\odot$ .  
 — 32, " 14 — minimo.  
 — 43, " 17 — Paspalum.  
 — 46, sub fin. — *Mülhusiam*.

ERRATA.


- Pag. 56, loco †† sint †††.
- 70 et 347, loco Plauen lege Blauen.
  - 81, linea 11 lege pratense.
  - 92, = 17 — Bromus.
  - 101, = 15 post HALL. adde β.
  - — = 16 lege reperi.
  - 103, = 21 lege WETTERAV.
  - 125, sub. fin. — reperi.
  - 126, linea 11 — *Portulaca*.
  - 135, = 5 — proprii.
  - 143, = 6 — reperit.
  - 158, = ult. del. C. minor DEC.
  - 162, = 7 — sign. —
  - 175, = 3 lege reperio.
  - 189, = 18 deme verba „Var. uniflora” et  
adde lineæ 20.
  - f. 229, = 15 t. 447. adde sign.?
  - 236, pro *U. nana* GLED. pone *U. pumila* PALLAS.
  - 245, linea 10 voci *angustifol.* adde: JACQ.
  - 270, = ult. lege *Ligusticum*.
  - 278, = 16 — *angustioribus*.
  - 285, = 15 — *Laserpit.*
  - 211, = 9 pro *sylvat.* lege *luteum*.
  - 316, sub. fin. lege *tenuifolius*.
  - 345, linea 5 — *sativus*.
  - 352, = ult. — DEC.
  - 372, = 14 — *PERSICARIAE*.
  - 384, = penult. lege *angustis*.
  - 389, sub. fin. pro f. lege cf.
  - 421, linea 2 lege s. *Flos Cuculi*.
  - 424, = 7 — *areis* loco *arvis*.
  - 444, = 23 pro *peltatis* lege *petalis*.
-



*V. fraxox.*

*Nanette Wagner delin.*

*Dau. Labram pinxit.*



*V. Euxbaunii.*



*C. F. Hagend. delin.*

*Dav. Labram pinxit.*














QK 315 .H3 v.1  
Hagenbach, C. F./Tentamen florae Basilee gen



3 5185 00165 9810

